



Sammelbd

Quers. Jnl

13. April 18. Beginn.



CHRISTO DUCE ET AUSPICE CHRISTO  
 DISPUTATIO THEOLOGICA  
 DE  
**SANGVINE**  
**CHRISTI**

*Quam*  
*In Illustri ad Albim Academia*

PRÆSIDE

*Viro Max. Rever. Ampliss. & Excellentissimo*

**DN. JOHANNE MEISNERO,**

**SS. Theol. D. & Profes. Publ.**

Ord. Templi Cathedr. Præposito  
 Præceptore & Patrono ætatem devenerando

*publicè*

Ventilandam proponit

**REINHOLDUS DERSCHOVV**

SS. Theol. Candidat.

---

Wtneb. Typis JOH. BORCKARDI, Anno 1662.





מעני השוער

SANGVIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

וּמִיָּהוּ אֲנִי וְנִשְׁמַחֵם animarum nostrarum Sponsi verè cruenti Exod. 4. 26. & Redemptoris ex jure consanguinitatis Goëlici Job. 19. 26. וְלִנְרוֹ וְלִנְרוֹ נִפְתָּח לְחַשְׁמֵרָה Vena illa patens pro peccato & impuritate Zach. 13. 1. וְהָיָה וְדָא אֲלֹמֵינֵם εἰς ζωὴν αἰώνιον Fons aquæ salientis in vitam æternam Job. 4. 14. quàm multis iisq; infensissimis (eben) oppugnatus semper fuerit, atq; adhuc oppugnetur hostibus: res est sanguineis prosequendæ lacrymis potius quàm prolixis operosè verbis demonstranda.

Scilicet conspectum hujus purpuræ infernalis ille Draco וְהַמְשִׁחֵם vastator & ΑΠΟΛΛΥΩΝ Apocalypticus Exod. 12. 13. Apoc. 9. 11. minimè sustinens, varios subinde excitavit Philistheos & hereticorum pestilentissimorum totas quasi phalanges conscripsit, qui salvificum hunc fontem venenatis suis dogmatibus intoxicare, turbare, imò etiam obturare penitus atq; è medio tollere conati sunt. Quod ne fieret, vigilandum omnibus omnium temporum genuinis Ecclesiæ Doctoribus verbig; divini Ministris vel maximè fuit, atq; eò summâ animi contentione annitendum, ut etiam hic sua fontibus Israël's facta tecta conservaretur puritas atq; sinceritas.

Quorum ego laudatissimo exemplo quoq; incitatus, ne à mediis quidem, quæ ἀπὸ Θεοῦ Deo consecrata sunt, studiis Theologicis prorsus alienum fore existimavi, si vestigia eorundem legens, hisce tam sanctis DE SANGVINE CHRISTI (qui pretiosissimum Ecclesiæ κειμήλιον est) meditationibus temporis nonnihil atq; laboris consecrarem.

CHRISTE Lux vera Bonitas & Vita  
Gaudium mundi Pietas immensa

Qui nos à morte roseo salvasti. SANGVINE TUO Purificame Domine byssopo, & mundabor, lava me & præ nive de-

B alba



*Ababor: Audire me fac gaudium & letitiam, & exultabunt ossa, qua contrivisti. Domine aperilabia mea, et os meum annuntiabit laudem tuam.*

## THESIS GENERALIS.

SANGUIS JESU CHRISTI FILII DEI QUOAD NATUREM SUAM VERUS, HUMANO NOSTRO CONSUBSTANTIALIS, PRÆROGATIVIS TAMEN MULTIS NON FINITIS TANTUM, SED ET INFINITIS, INCLYTUS IN STATU PROFUNDISSIMÆ EXINANITIONIS, SPECIATIM VERO IN ARA CRUCIS MAGNA ABUNDANTIA MERITORIE EFFUSUS, APPLICATORIE EX VERBO ET SACRAMENTIS FIDE SALVIFICA AC ORE CORPORIS VERE ET SUBSTANTIALITER SUMTUS, SANGUIS SACRIFICIALIS, FOEDERALIS, NOSTRI SUCCEDANEUS, CATHOLICUS, ASPERSIONE MUNDANS, INCORRUPTIBILIS, VIVIFICUS: UNICUM PRO PECCATIS NOSTRIS *λύτρον* ET *αντίλυτρον ἰσότηρον* AD JUSTIFICATIONEM ET SANCTIFICATIONEM NOSTRAM REMEDIUM EST PRÆSENTISSIMUM ALEXIPHARMACUM PECCATI ET MORTIS, VITIORUM PROPHYLACTICUM, VIRTUTUM ET BONORUM OPERUM EXCITAMENTUM.


## Hypomnemata.

I.


### SANGVIS.



*V*ox *Sanguinis* in Scriptura *πολύσημα* est. Accipitur enim l. proprie l. improprie S. figuratè. Appellationes figuratæ & per Metaphoram sunt: *Sanguis uvarum* Gen. 49. 11. Deuter. 32. 14. Quia colore sanguini similis. *Peccata effusione sanguinis luenda, cædes, homicidia cruenta.* Psal. 51. 16. Esa. 1. 15. Levit. 20. 9. *Impuritas ex sanguine contracta* Levit. 12. *pæna tam corporales,* Gen. 42.

Gen. 42.23. Lev. 20.9. *quàm aterna.* Act. 18.6. c.20.26. Matth. 27.25. Ez. 3.18. cap. 33.18. *Mors ipsa*, siquidem in sanguine vita & contra ejus effusio evidens mortis signum est Matth. 23.35. Gen. 4.11. Synecdochicè Totus homo Ps. 94.21 Act. 17.26. *Pars hominis corruptibilis* 1. Cor. 15.50. & 42. *Irregenerata* Matt. 16.17. *Cognatio carnalis* Ez. 35.6. Jo. 1.13. ( apud profanos Sanguis pro argento juxta illud : Argentum atque sanguis anima est mortalibus, *Buxtorf. lexic. Thalmud. vocabulo* ) vid. *Glass. in Rhetoricâ sacrâ* p. 460. it. p. 351.315. Propriè sumitur pro parte corporis aggregati integrali ad perfectionem ejus faciente, quo absente homo esse desinit, & ex mente ipsius Aristotelis nullum animal vitam agere potest. Thesaurus vitæ Medicis appellatur. Finge Sanguinem non esse partem hominis; Ergo nullam sui partem ex B. Virgine Christus accepit: Accepit enim in conceptione solum B. Mariæ sanguinem, ex quo sanguine tanq. *materia ex qua* efformatum deinde est sanctissimum Christi corpusculum *D. Danhaw. Hodosoph.* p. 527. Finge sanguinem non esse partem hominis, in irritum cadet ista probatio, quâ per sanguinem vera humanitas Christi demonstratur.

II.

Sanguine ad expiationem peccatorum nostrorum opus fuisse testatur Apostolus Ebr. 9.22 *Sanguine omnia purificantur, nec ulla peccatorum sine sanguine est remissio.* Sine sanguine adytus ad DEUM nemini conceditur. Hinc Israelitæ ad Deum accessuri sanguine prius sanctificabantur Exod. 24.8. Zach. 9.11. *Zion liberabitur*  *auxilij causam salvationis meritoriam connotante vid: D. Dorsch. Theol. Zachar.* in h.1. Quò spectant cruentæ illæ mactationes *αἵματεκχυσίας* pecorum in V. T. Quibus nihil aliud significabatur, quam nos ob horribilem à Deo apostasiam in hunc modum fuisse mactandos nisi interventu alterius & quidem sanctioris sanguinis nostro sanguini cautum fuisset Levit. 17.11. Didicerunt hoc à Judæis & per quandam quasi *κακοζηλίαν* imitati fuerunt Ethnici, quorum sacra sanguine quoq; & sacrificijs cruentis peracta fuisse legimus. Necessitas autem hujus sanguinis non est absoluta sed hypothetica, quæ lapsum præsupponit, absque quo

si fuisset, nullo omninò sanguine, nullis item sacrificijs fuisset opus *vid. schol. sacrific. D. Franz. disp. I.* Unde simul & hoc invictè concluditur; Christum absq; *αἵματεκχυσία* tali ne-  
tquam suffecisse ad humani generis redemptionem, utpotè  
quæ satisfactionem nonnisi cruentam postulare videbatur,  
contra *Leonard. Matth. Tract. de Sang. Christi in trid. Mort.*

III.

JESU CHRISTI FILII DEI.

Epitheton tam illustre sanguinis hujus aureolum illud Jo-  
hannæum i. Epist. c. i. 7. subministrat: *Sanguis*, inquit Johannes,  
**JESU CHRISTI FILII DEI** emundat nos ab omni peccato,  
*Ἰησὺν Χριστὸν* Christianorum adversus peccata, Satanam & mor-  
tem illustrissimum hoc Apostoli effatum dixeris, omnibus to-  
tius mundi thesauris longè præferendum. Quò ipsò brevis-  
simis licet verbis comprehenso, trium tamen (non minus)  
perniciosissimarum hæresium latera lethaliter stringit, Mani-  
chæorum puta, Ebionitarum & Nestorianorum. Illi huma-  
nitatem Christi impugnabant, isti Deitati insultabant: hi au-  
tem personam dividebant; De singulis dicendi nonnihil  
dabitur occasio. Fundamentum autem paulò post dicendo-  
rum, imò totius nostræ disputationis hîc ponimus.

IV.

Quæritur sc. Unde tam illustria prædicata & divina  
planè *αὐχήμελα*, quæ nos sanguini Christi asserimus, proveni-  
ant, quodnam illorum sit principium? Resp. Quia non est  
sanguis nudi & vulgaris hominis, nec sancti alicujus Deo sin-  
gulariter grati; sed sanguis ipsius Filij DEI proprius Act. 20.  
28. Ebr. 9. 12. c. 13. 12. in unitatem personæ à τῷ λόγῳ, assumptus.  
Proprius inquam, non naturaliter vel essentialiter (non enim  
λόγῳ factus est homo *φυσικῶς* sed personaliter personali  
quadam *μεθοχῆ* atquè *κοινωνία*. Quàm verè Filius DEI fa-  
ctus est homo, tam verè etiam habet sanguinem: non verbali-  
ter *θετικῶς*, relativè, nuncupativè &c. Sed realiter, imò rea-  
lissimè. Finge Filium DEI verè & realiter non habere san-  
guinem: E. verè & realiter non est homo. Nec sufficit di-  
cere, per allæosin quandam, Synecdochen vel Enallagen idfi-  
eri



eri hoc sensu: Filius DEI, qui simul & Deus & homo est, secundum humanitatem suam habet sanguinem. Quæ impostura Adversariorum perpetua est, idiomata divina sequestrare à persona, quâ Homo est, & referre ad solam Deitatem: & contrà idiomata humana separare à personâ quâ Deus est, & restringere ad solam humanitatem, qui ipsissimus (nequid gravius dicam) est Nestorianismus. Omnis hâc ratione naturarum inter se communio & arctissima *περιχώρησις* funditus tollitur, & Filius Dei non nisi verbaliter & secundum modum loquendi homo est. Absit, Absit larva hæc diabolica in Filium Dei ejusque veram Incarnationem parùm æqua, omni solatio destituta, totamque sanguinis Christi *ἀξίωσιν* penitus evertens Allæosis.

V.

Longè sanctius nos de sanguine hoc *Θεικῶ* sentire & loqui docuit pia antiquitas vid. Cyrill. lib. 4: in Joh. c. 23. Totam nimirum Verbi operationem hic sanguis suscepit, non enim est sanguis nudi & meri hominis, sed ipsius Filij Dei, teste Apostolo. Quam verè *τῷ λόγῳ* sua Deitas propria est naturaliter, tam verè etiam hic sanguis ei proprius est personaliter. Unde & Idiomata illa divina e.g. mundare à peccatis, vivificare &c. de quibus in tract. nostra paulò post uberius, non nisi personaliter, verè tantùm & realiter ei competere statuimus. Nota: cum personaliter hæc sanguini Christi dicimus competere, neutiquam hoc volumus quasi persona tantùm seu sola subsistentia, quâ sanguis hic subsistit, istis *ἀνχήμασι* gaudeat: sed explicatur ratio, fundamentum & principium, unde sanguis has prærogativas habeat, nimirum non ex naturali & propriâ differentiâ, sed ex eo, quod cum Filio Dei personaliter sit unitus, quod unam cum illo hypostasim constituat, & ad unam arctissimam subsistentiam indivulsè terminetur.

VI.

Parùm nos movet Sarcasmus Parèi in Method. contr. Ubiquit. ad locum 1. Joh. 1. 7. *Puerile esse de naturâ humanâ interpretari non attent à phrasi Scripturæ, quæ synecdochicè universum*

sum nostra redemptionis mysterium sanguini h. e. cruento Christi Sacrificio morte carnis peracto tribuat &c. Talem enim Synecdochē libenter concedimus: interim tamen eam semper obtinere atque ita exclusivè ubivis locorum esse intelligendam, id verò est, quod nos manifestis Scripturæ oraculis, imò ipsa quoque rei evidentia moti *διαρρήδην* negamus; nimis clara sunt dicta Joh. 6. 55. Rom. 3. 25. Ebr. 9. 12. 13. 14. Actor. 20. 28. Coloss. 1. 14. 1. Petr. 1. 19. Matth. 26. 28. Ephes. 1. 7. Coloss. 1. 20. &c. Vi quorum ipsi etiam sanguini in arâ crucis effuso salutaris iste effectus tribuitur. Et unde quælo hæc vis redimendi de sacrificio Christi prædicata aliter fluere quàm ex ipso sanguine *λυτρωτικῶν*? Ergò per quod unum quodque tale est, illud magis est tale. Quid quod ex hypothesi Paræi omninò sequeretur, sanguine etiam *Φιλανθρώπων* & vulgaris hominis sacrificio hocce potuisse expediri; id quod absurdum est.

VII.

Uti tamen nos *ἀκυρολογία*, omni circa hoc punctum liberemus, pauca quædam, quæ de Unione & Communicatione naturarum tenenda sunt, hic præsupponimus. Unio scilicet, quæ intercedit inter *λόγον* ejusque carnem & sanguinem nobis est perichoristica, immeans, permeans, informans, non tantum *ᾠδαταικῆ* ut forma assistens, instrumentum causæ principali, ut nauclerus navi, Angelus corpori assumpto: sed intimè transiens hunc sanguinem λόγον & suam illi divinam naturam re ipsâ communicat. *ἀχώριστος* enim & inseparabilis manet sanguis semel assumptus à Filio Dei, ut proprium inseparabile. Itaque & nunc eundem sanguinem habere dicendus est: Quæ observatio usum habebit paulò inferius insignem.

IIIX.

Ad hanc unionem sequitur Communicatio (1) Hypostaseos. Non enim habet sanguis Christi subsistentiam propriam (introduceretur enim sic dualitas personarum) neque tamen planè est *ἀνυπόστατος*: sed hypostasi *ἔ* *λόγου* communicata subsistit. Hanc excipit (2) Communicatio naturarum; quæ si in uno tertio quidem (persona) conveniant, inter se verò

verò nullam habeant participationem, unam personam nequaquam constituent. Unde inferimus: sanguinem à Deitate minimè esse excludendum conf. Act. 20.18. ubi hæc propositio extat: *Deus suo sanguine redemit Ecclesiam.* Applicetur hinc Synecdoche illa Zwingliana, & resolutio propositionis hujus erit talis: Deus i.e. Sanguis Deitati unitus suo sanguine redemit Ecclesiam. Ineptè!

IX.

Tertium, quod hanc unionem comitatur, idiomatum est communicatio. Sine quâ nulla naturarum realis est ἁνωγεισις. Anima corpori suo organico entelechialiter unita non assistit tantum, sed reverà etiam propria sua, vitalitatem, motum &c. ei communicat. Hæc verò communicatio idiomatum præeunte scripturâ triplicis differentia statuenda est. Primi generis Communicatio est, cum proprietates vel divinæ vel humanæ naturæ prædicantur de persona vel à divina vel ab humanâ, vel ab utraq; naturâ denominata in concreto. Secundi generis est, cum ὁπερφυσικά, imò idiomata verè divina de naturâ humanâ prædicantur in abstracto, non logico, sed theologico. Tertij generis Communicatio complectitur actiones θεανδρικάς operationes officiales; ubi quidem utraq; natura agit quod suum est, sed tamen cum communicatione alterius. Subjectum operans est persona totus Θεάνθρωπος. Principium quo est utraq; natura: quia propterea λόγος factus est homo, ut redimeret genus humanum, redimeret autem vi & pretio infinito per effusionem sanguinis: illud Deitate, hoc verò Humanitate. Ipsa operatio gemina est, alia à divinâ, alia ab humanâ naturâ fluens. Utraq; agit quod suum est. Humana effundit sanguinem, divina vim addit infinitam, pondus, momentum, pretium, valorem. Neque tamen illæ operationes ita ab invicem sunt divisæ & separatae, ut nulla naturarum quoad operationes hæc intercedat communio. Minimè; sed λόγος sibi operationes humanas verè appropriat, iisdemq; vim & virtutem suam communicat, ut actio esset communis Theandrica Deivirilis sanguis divinus, effusio salvifica.

X. Quæ.



## X.

Queritur, ad quod genus communicationis oraculum illud Johannæum sit referendum? Resp. si mundationem accipias de actu primo seu virtute, est secundi generis: si de actu secundo tertij generis communicatio. Nos omnium trium generum ex hoc dicto Apostolico exempla dabimus. h.m.

- *Filius DEI* seu DEUS effundit sanguinem. Hæc propositio est
- primi generis. *Ipsè sanguis Christi verè & realiter virtutem*
- *habet communicatam mundandi à peccatis* propositio est secundi
- generis. *Sanguis Filij Dei seu Christus proprio sanguine mun-*
- *dat nos à peccatis* est propositio tertij generis.

## XI.

Hæc quæ de unione naturarum & communicatione idiomatum sparsim quidem & breviter (non enim prolixior eorundem tractatio hujus loci est) fuerunt repetita, usum in sequentibus habebunt amplissimum. Postulata enim sunt nostra alibi satis sufficienterq; à nostratibus probata, hîc verò præsupponenda. Quæ si Paræus ejusq; Asseclæ Calviniani cæteri piè secundum Scripturas crederent, depretiosissimo hoc sanguine adeò vulgariter & contemptim minimè sentirent. Sed hæc eheu! fundi nostra perpetua est calamitas, quod non nisi merè humanam & physicam ei tribuant, omnem naturarum & idiomatum realem communicationem præfractè negantes, quicquid etiam aliquando in speciem obtendere videantur in contrarium. Ita Ravanell. *communicatio, inquit, idiomatum est modus loquendi, per quem propter arctissimam & indissolubilem duarum naturarum, quæ unicam in Christo personam constituunt, unionem, quod proprium est alteri nature, tribuitur toti personæ, non quidem absolutè, sed limitatè respectu, ejus nature, cujus est proprium. Hinc tantum valet in concreto, quod est nomen integræ personæ: (DEUS, Homo, Christus) non in abstracto (quod est nomen alterius nature) & est quidem verbalis, si ipsum modum loquendi spectes; realis verò, si ipsum fundamentum, unionem scil. personalem, ex quâ oritur, spectes conf.* & Leidenes in Synops. pur. Theol. disp. 25. de Incarn. Filij Dei

§.37. At verò (1) Scriptura non 'concretivis' tantùm sed & abstractivis terminis, ut sunt sanguis, caro &c. hic utitur (2) modus prædicandi sequitur modum essendi. Quod si modus loquendi non nisi verbalis est, fundamentum quoque ipsum non nisi verbale esse poterit. Nos itaque dicto illo Apostolico freti dicimus Salvificum Dei verbum proprium pro nobis sanguinem effudisse, non tropicè & secundum modum loquendi, sed verè & realiter, quia sanguis est ipsius Filij Dei proprius.

XII.

VERUS,

Veritas sanguinis Christi à veritate naturæ humanæ dependet, quâ quidem probatâ, probata erit altera. Contradictio enim in adjecto esset, verum hominum concedere & partem tamen hominis integram velle negare. At prius evincunt (1) nomina cum propria tum figurata, nulli præterquam vero homini competentia (2) partes essentielles hominem constituentes (3) accidentia & propria veram humanitatem consequentia. conf. nubem testimon. sacrorum huic veritati oppidò assurgentium. Joh. 1. 1. *Verbum caro factum est.* At verò corpus ἀναιμάτων vero & substantiali sanguine destitutum cadaver verius quam corpus est. Ebr 2. 14. *Ut pueri communicant carni & sanguini & ipse similiter παραπλησίως particeps factus est* quo quidem dictò vera συγγένεια & consubstantialitas cum nostro sanguine indice quasi digito monstratur. Not. & Ephes. 5. 30. &c.

XIII.

Consulatur insuper historia cruentæ passionis Domin. quæ nisi meram tibi phantasmam fingere velis, satis superque probat corpus Christi non fuisse phantasticum aut imaginarium, quale fuit Angelorum ad tempus peculiari œconomiâ assumptum, aereum: sed verum naturale secundum omnia essentialia & integralia exceptò peccatò (quod ad substantiam & naturam hominis non pertinet) nostro συγγένες. Verus sanguis ex corpore Christi prorupit tantâq; copiâ, ut ῥομβοί ejus in terram largissimè defluerent Luc. 22. 44. Nec obstant particula ὡς ὡσεὶ Phil. 2. 8. Est enim in illis locis non Caphæ similitudinis

C

tudinis

rudinis tantum sed & veritatis, ut Ebraeorum Grammatici docent. Vid. Joh. 1. 14. Eph. 5. 7. Est sanguis Christi nostro non ὅμοιος tantum, seu ὁμοίσις, sed ὁμοῖος ejusdem non similis tantum essentiae. Ταυτότητα non ὁμοιότητα modò sanguinis requirebat Jus illud amœbæum, satisfactio rigorosa nostri loco præstanda, quæ sanguine brutorum utpote ἀσυγγενεῖ non nisi intuitu hujus sanguinis expediri poterat. Optimus ergò Salvator noster Medicus meritò exinde dicendus est, quod sanet non contrario, alieno: sed συγγένει καὶ καταλλήλω βοηθηματι cognato & mutuo seu convenienti remedio; sanguinem sanguine.

#### XIV.

#### PRÆROGATIVIS TAMEN MULTIS NON FINITIS TANTUM, SED ET INFINITIS, INCLYTUS.

Disputationes inutiles & curiosas de sanguine Christi ex physicis rationibus depromptas, meritò hic præscindimus. Legere tamen de his potest, cui volupe est *Franc. Collium Tract. de sang. Christi item. Leonhard. Matth. de sanguine Christi in trid. mortis, Pontificios. Nos ejusmodi speculationibus πρὸς οἰκοδομὴν parùm facientibus valere jussis unìco DEI verbo sitim nostram restringimus. Quò dictante & magnificè satis deprædicante illud *Verbum caro factum est*, omnia illa quæ de vero & naturali sanguine humano quæ tali exprimâ creatione, imò etiam illa, quæ ex accidenti lapsus ( quatenus nimirum non culpæ sed poenæ respectum sortiuntur, & quæ ab ipso assumi dignitati suæ naturæ non derogabat, sed generi humano expediebat ) minimè derogamus, inculcantes meritò illud: ἐκένωσεν ἑαυτὸν Philip. 2. 7. conf. Ebr. 2. 14. 17. 18. cap. 5. 2. 5. ità tamen, ut sit ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων Coloss. 1. 18. & de sanctissimo hoc sanguine non nisi sanctè & sancta cogitemus, nec ultrà Scripturam sapiamus.*

#### XV.

Quæ de excretionè sanguinis item de sanguine vitali, seminiali, nutritivali disquirunt Medici, suis hîc Authoribus remittimus. Prærogativas tamen secundùm verbum Dei numeramus sequentes (1.) εὐκρεσίαν (2.) ἀναμαρτησίαν. εὐκρεσία seu

seu temperies maximè temperata nulla *δυσκρασία* seu *καχεξία* humorum vitiata, de qua meritò dubitant Philosophi & Medici, num detur in rerum naturâ: Quemadmodum videre licet apud *Piccolomin. lib. de mixt. cap. 16. & Conimbric. lib. 2. de ort. & inter cap. 8. quest. 2. Horst. de tuend. san. cap. 4.* Sola status integritatis & arboris vitæ vivificâ planè virtute, morborum, senii, mortis, averruncâ præditæ hæc gloria fuit. A quâ temperaturâ etiam temperatissimi hominis sanguis jam recessit, vel origine naturam progenitorum sequendo, vel adscititiâ ratione ætatis, victus, vitæ generis &c. Et contrâ, *macies & mala febrium terris incubuit cohors*: soli tamen Christo propria est: cujus purissimus sanguis ab omni omninò putrefactione aliisq; morbidis qualitatibus maximè fuit alienus, nullis morbis obnoxius. Vaticinium Esaiæ *Es. 53. vers. 4.* morbos potius spirituales quàm corporales respicit: aut si de morbis corporalibus intelligendum est, illos tulisse Christus diceretur non formaliter: Sed in causis suis consideratos & per æquipollentiam. Tulit scil. Salvator morbos nostros quia causas morborum. i. e. peccata per imputationem in se recepit. Distingvunt alii inter mala corporalia universalia, toti generi humano communia, ut sunt dolores mors &c. & inter particularia seu individualia ut phthisis lepra calculus &c. ut illa sustinuisse Christus dicens sit non hæc.

XVI.

Secundum privilegium est *ἀναμαρτία* Luc. 2, 23. *Sanctum, quod ex te nascetur &c. Hebr. 7. 26. ἀνακ & ἁγίος ἀμάρτυρος &c.* innocens & impollutus sacerdos segregatus à peccatoribus Matth. 27. 4. *ἀθῶν ἀίμα* innocentia causæ & personæ confer. *Esa. 53. v. 9.* Sanctus ergo sanguis est, imò sanctissimus, nulla peccati originalis labe commaculatus, quia à Spiritu Sancto, (cui conceptio ipsa *ἐπιχειρήσας* tribuitur) in ipso utero sanctificatus, qui massam illam purificavit, venenum peccati ex guttulis sanguineis, quibus corpus Christi formandum erat, exterisit. Utrumque eleganter conjungit *Ambrosius* Luc. 12. *Benè, inquit, pretiosus dicitur sanguis Christi, quia immaculati corporis sanguis est; quia Filii Dei sanguis est; qui non solum de maledictio*



regis, sed etiam de impietatis morte perpetuâ nos redemit. Peculiaris sanguinis quoque Christi *ἀσποχὴ* incorruptibilitas est, juxta illud: quod λόγος semel assumpsit, nunquam deposuit. Sed de hâc paulò post inferius dicendi dabitur occasio, ubi de donis infinitis & merè divinis, fufius acturi sumus.

XVII.

IN STATU PROFUNDISSIMÆ EXINANITIONIS.

Sanguinem V. T. expiatorium sacerdos digito immerfo septem vicibus spargebat Domino Lev. 4. 6. quod si definite ( uti omninò videtur ) est accipiendum, pulcherrimè respondebit septenario *αιματεκχυσιας* Dominicæ, cujus purpureum quoque sanguinem septem non minus vicibus, dictante historiâ Evangelicâ, largissimè fufum esse Doctores Ecclesiæ testantur. (1.) Primitias hujus sanguinis cruenta hausit circumcisio octavo post Nativitatem die peracta Luc. 2. 21. Maturum eheu martyrium subsecuturæ cruentæ passionis præludium. Quam excipiebat. (2.) *ἀγωνισμὸς* ille intensissimus in monte oliveti à Christo exantlatus Luc. 22. 44. Sudore sanguineo, *ἰσρόμοις αιματὸς* grumis sanguineis nobilitatus, sudore inquam non naturali ( contra naturam enim est sudare sanguinem ) sed miraculoso: sudore non diaphoretico, sed grumoso spisso & concreto. (3.) Flagellatio Marc. 15. 15. trigintâ novem plagis ex lege Judæorum ( *vid. Buxtorf. in Epist. l. de abbrev. Ebr. præfixa* ) haud contenta: sed crudelitate inaudita, ictibus plus 5400. si fides nonnullis habenda est, sanguinem profusissimè eliciens. Succesit (4.) coronatio, coronâ è spinis aculeatis contexta, caput Christi ad sanguinem usque dilacerans Matth. 27. 29. (5.) Quinta *αιματεκχυσια* exuitioni vestimentorum quâ vibices vulnerum quasi recruderunt, tribuenda ( pro qua nonnulli cum D. Bernhardo vellicationem genarum substituunt ) (6.) Sextam, trajectio manuum & pedum, quos clavi tantæ magnitudinis, ut etiam galeæ & fræno Imper. Constantino conficiendis sufficerent, teste Socrat. lib. 1. cap. 17. perforarunt, causata est (7.) Septima, apertione lateris & vulnere quod Christo mortuo



mortuo à milite inflictum consummata est: miraculose sanguinem conjunctum habens. Quæ quod super erat in corde Christi sanguinis totaliter exhausta atque absumpsit.

XIIX.

SPECIATIM VERO IN ARA CRUCIS MAGNA ABUNDANTIA.

Hanc particulam passionis Dominicæ, cujus in ultimis verbis: præced. §. mentionem fecimus) de lateris sc. perfossione à cæteris Evangelistis silentio prætermittam soli Johanni acceptam ferimus: Cui propterea à nobis gratias deberi certum est. Is veluti testis *αὐτόπτης* non obiter aut perfunctorie, sed *πνεύματι αἰγία φερόμενος* ita nobis eam graphicè depingit Joh. 19. 33. 34. 35. *Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea à latus ejus aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit &c.* Pathetica verba & tanto miraculo haud indigna (miraculosum autem hunc sanguinis ex latere demortui effluxum fuisse extra dubium est.) Quo verò fine hoc vulnus Christo fuerit inflictum, v. 31. & 32. docent. Scilicet ad fidem mortis plenè faciendam, nec *Ἐκστασις* vel *λειποθυμία* aliqua subfuisse crederetur penetrantia cordis lancea ferit, quò vulnerato necesse est animal mori.

XIX.

Hæc ut nostra faciamus atque præsentis scopo applicemus, quæri hic solet (1.) An etiam unicâ guttulâ negotium nostræ Redemptionis expediri potuisset? cujus *ἠτήματα* ansam dedere Homiliæ vetustiorum Patrum, eorumque pathetica in cathedrâ Ecclesiasticâ de hoc sanguine declamationes. Quod accipientes deinde Doctores scholastici, more suo miscentes tartara cœlo, multas exinde curiosas & vexatas quæstiones fabricarunt. Nos distingvimus phrasas Scripturæ & Ecclesiæ. Una Christi guttula sufficiens erat ad nos redimendos resp. personæ infinitæ, non resp. consilii & decreti divini, quod mortem nobis interminabatur, cui decreto non poterat satisfieri nisi effusione sanguinis *Ἰαναρὸ φερεσ.* Quod si

C 3

circum-

circumcisio fuit æquivalens pro peccatis generis humani pretium; quid quæso crucifixione, quid profluvio illo sanguinis ex latere Christi opus erat? contra verò tale impendium sanguinis requirebatur, quod vitam ipsam in sanguine consistentem tolleret, cujus effusionem mors ipsa Testatoris sequeretur Ebr. 9. 15. seqq. conf. Luc 24. 26. Matth. 3. 15. Prorsus copiosa (inquit *Bernhardus*) apud Deum redemptio: quia non gutta sed unda sanguinis per omnes partes corporis emanavit,

XX.

Non tædet hîc adscribere elegantissimæ verba B. Lutheri in comment. prioris Epist. Petr. qui extat Tom. 2. Jen. germ. fol. 333. welches ist nun der Schatz / damit wir erlöset sind / nicht vergänglich Gold oder Silber / sondern das thewre Blut des Sohnes Gottes. Der Schatz ist so köstlich und Edel / daß es kein Menschen Sinn und Vernunft begreifen kan / also daß nur ein Tröpflein von diesem unschuldigen Blute übrig genug were gewesen für aller Welt Sünde. Noch hat der Vater so reichlich seine Gnade über uns wollen ausschütten und sich so viel stehen lassen / daß er seinen Sohn **CHRISTUM** hat sein Blut alles vergießen lassen / und uns den Schatz ganz geschencket. Hæc Lutherus conf. nunc magnifici D. D. Calovii Socinismuna profl. sect. 3. de satisf. Christi p. 482.

XXI.

Quæritur secundò An hic sanguis ex latere Christi erumpens fuerit opus Redemptionis humanæ? Negant partim partim verò affirmant. Negat Tostatus his rationibus ductus (1) quia post mortem contigit: ergo non fuit opus ad Redemptionem nostram quicquam faciens. (2) nulla, inquit, ibi fuit actio meritoria: jam enim Christus dixerat *consummatum est* (3) non sanguine qui de mortuo fluxit, sed qui de vivo sumus redempti *Fr. inc. Coll. lib. super. cit. mitior aliquantò est.* *Illud vulnus, inquit, non fuit meritorium tunc temporis quando infli-*

*infiictum* : tunc enim Christus nec vita nec libertatis capax fuit. Fuit tamen meritorium, quia Christus illud vulnus futurum certo præcognoscens, illud pro nostrâ redemptione liberè acceptavit. Et post pauca : *Etsi Christus dolorem lateris formaliter non sensit* : interpretativè tamen ex lateris plagâ, quam omninò præsensit, molestiam hausit non mediocrem. Cum quo facit Lorin. ad loc. i. Joh. i. 7. Nullum, ait, addidit novum meritum sanguis ex mortui latere fluens. Quia tamen prævisa talis injuria & à Christo acceptata, meritoria fuit. Voluntariè enim hoc vulnus Christus accepit : Nisi enim spontè id suscipere voluisset, sine ullo suo negotio, divinâ suâ virtute declinare potuisset.

XXII.

Nos quid ad hæc? Resp. Si verum est, quod de Longino milite quem ipsum Centurionem fuisse dicunt Matth. 27. 54. vulgò circumfertur : eum scil. antea cæcum ex hoc ipso vulnere, quod Christo inflixit, sanguine oculos ejus tingente, visum recuperasse Christoque nomen dedisse : Quis non etiam defuncti Salvatoris sanguinem divinâ planè efficaciâ atque virtute præditum ultrò fateretur ? At nos missis ejusmodi figmentis pulchrè quidem excogitatis ut quid res sit dicamus, nihil temerè de triduo mortis pronuntiandum vel negandum statuimus : *Τὸ ἐπέχειν* non liquet modestè præferentes. Fuit enim infimus exinanitionis gradus mors Salvatoris, mysterium *ἀκατάληπτον* vide quæ de vivificatione sanguinis Christi adducta sunt inferius. Quia tamen vinculum unionis personalis etiam in ipsâ morte mansit *ἀδιάρητον* impartibile & indissolubile : & Apostolus ipse nos SANGVINE CRUCIS reconciliatos asserat Coloss. 1. 20. minimè in Salvatorem nostrum videbimur injurii, sanguini ejus post beatam *ἐξέπνευσιν* effuso naturaliter quidem mortuo at personaliter tamen vivo & vivifico meritum aliquod assignantes. Adde loc. i. Petr. i. vers. 18. ubi *λύτρον* incorruptibile prædicatur de sanguine Christi in genere. Si de sanguine in genere : Ergo etiam DE HOC sanguine, quia sanguis Christi totum est homogeneous. Et nota, quod sanguis Christi nunquam magis fuit *λύτρον* h. e. pretium

tium solutum pro redemptione nostrâ quàm ibi. Ergo ille  
sanguis utique erit meritorius. Eleganter Hippolytus ap.  
Theodoret. *Mortuum corpus Domini profudit sanguinem, ut  
sciamus, quantum posset δύναις, quæ in corpore illo inhabitat  
ut etiam mortuum possit nobis profundere ea que sunt vitæ causa.*  
Et Cyprianus. *De latere, inquit, tuo fons egreditur profiliens  
in vitam eternam.*

XXIII.

MERITORIE.

Notanter hanc particulam addimus adversariorum po-  
tissimùm gratiâ, quibus nihil hoc errore vulgarius est quam  
ut causas meritorias & instrumentales tanquàm sibi invicem  
contrarias è diametro opponant, quæ tamen sunt subalternæ &  
nequaquam opponendæ. κρησφύγετον Calvinianorum per-  
petuum est, cum de efficacia sacramentorum agitur, de cau-  
sâ meritoriâ id concedere, de medijs autem & organis negare;  
confundentes meritum cum applicatione meriti. Quasi ve-  
rò hæc sint contraria. Dicimus ergo remissio peccatorum  
sanguini in arâ crucis effuso tribuitur meritoriè ut causæ me-  
ritoriæ, tribuitur tamen etiam Baptismo & S. Coenæ tanquàm  
medijs ex parte Dei δολικῶς offerentibus hunc sanguinem; tri-  
buitur etiam fidei tanquàm medio seu instrumento ex parte  
nostra ληπτικῶ apprehendenti, applicatoriè. In cruce facta  
est hujus sanguinis oblatio Deo, rigori justitiæ suæ debitam  
satisfactionem postulanti, in verbo & sacramentis ejus fit a-  
ctualis ad singula individua applicatio. Non aliter ac in V.  
T. sanguis victimarum dimidiâ sui parte spargebatur ad altare  
coram Domino: dimidiâ parte alterâ super populum aspersa  
Exod. 24. 6. Ebr. 9. 19. Non ergò de solâ meriti ratione, quan-  
do sanguis ille in cruce effusus est, sed etiam de virtute & ap-  
plicatione hoc intelligendum. Scriptura enim utrobique  
tàm ratione meriti, quàm ratione applicationis h. e. in ipsa  
justificatione seu reconciliatione peccatoris cum Deo hunc  
effectum sanguini Salvatoris tribuit.

XXIV.

XXIV.  
EFFUSUS.

Ut sanguis, Christi pretium foret mundi, non certè invenis tantùm contineri, sed largissimè pro mundi vitâ eum impendi atq; effundi par erat. Hinc quæ de eo memorat magnificè que deprecatur Scriptura, non nisi *ἐκχυόμενον αἷμα* respiciunt. **HOC** (quod vobis in calice bibendum exhibeo, inquit Christus) est sanguis meus novi pacti, qui pro multis (omnibus) **EFFVNDITVR** in remissionem peccatorum, Matth. 26. 28. *αἷμα τεκυσία* ergo requirebatur, non existentia sanguinis in suo vase. Eatenus enim non fuit pretium: sed quatenus ex vulneribus & attritione flagellorum uberrimè emanavit, ubi effusissimum Dei in nos amorem effusus ille sanguis signavit. Vid, quæ infr. de aspers. sangv. dicta sunt,

XXV.  
APPLICATORIE EX VERBO ET SACRAMENTIS.

De applicatione hic sanguinis Christi agimus. Media per quæ offertur *δοτικὰ ex parte Dei* ponimus verbum & Sacramenta, tanquam organa & vehicula non significantia tantùm, sed realiter exhibentia hunc thesaurum. *Media ex parte hominis ληπτικὰ* per quæ accipitur, fidem atq; respectu ad *S. Cœnam habito*, vi verborum institutionis (omnium licet cum ingratis) **OS CORPORIS**. Sanguinis effusio fuit quidem in cruce præstita: sed *Verbo* opus erat, quod eam non tantùm annunciaret sed & ob signaret, nostramque faceret. *ἄτρον* persolutum; sed quis captivorum ejus esset audaciæ ut jus aliquod ausit pretendere, Verbo atq; promisso speciali destitutus. Verbum autem expressum caput Johannis. 6. clara nobis littera proponit: quod de spirituali carnis & sanguinis Christi in verbo perceptione agere contendimus. Ergo ex solo verbo, Sacramentò per necessitatem inevitabilem (non propriâ culpa) exclusâ, sanguinis hujus particeps fit fidelis anima,

D

XXVI.

Coeterum ut omni ex parte certa minimeque dubia esset veritatis ratio, Deus ad *ὀλιγοπισίαν* nostram atque imbecillitatem humanam condescendens, verbo suo sigilla quoque addidit, Sacramenta scil. Baptismum & S. Cœnam. De Baptismo h. l. Queritur: An nimirum Sangvis Christi sit pars ejus altera materialis Resp. Elogia quidem magnorum in Ecclesiâ Dei Virorum & præsertim Megalandri nostri Lutheri de baptismo, affirmativam insinuare videntur conf. hymnus ille *πνευματικώτατ* & *Christ unser Herr zum Jordan kam* & quidem v. ult. des Aug allein das Wasser sieht etc. der Glaub im Geist die kraft versteht des Blutes Jesu Christi / und ist für ihm eine rothe flucht von Christi Blut gefärbet Die allen schaden heilen thut. Nota bene *πανουργίαν* Calvinianam in libello psalorum s. hymnor. Hanovix excuso, quâ subdolè pro aqua sangvinem substituentes, omnem planè efficaciam baptismo derogant, adeoq; simplicioribus incautis fucum faciunt, unica tantum particulâ mutatâ h. m. Das allen schaden heilen thut etc. De sangvine intelligentes, quod tamen de baptismo B. Vir voluit intellectum. Sed nos ijs quæ à B. D. D. Gerharo Tom. 4. de bapt. p. 170. proponuntur rationibus moti minus commodè id fieri statuimus. Neque tamen propterea sangvis Christi ex baptismo planè excludendus: Qui, licet præsentia Sacramentali, ut pars altera, non sit præsens (eo quod in verbis instituti nulla ejus fiat mentio) verè tamen præsens est præsentia gratiosâ, quia præsens est Christus *ὁ ἀν-αίματ*.

## XXVII.

De Sacramento Cœnæ nobis, quidem id *ἐξαγώνιον* est quicquid etiam Sacramentarii objiciant in contrarium. Non enim tantum verè & substantialiter præsentem, sed & partem Sacramenti materialem alteram vi verborum Christi firmissimè credimus. Præsentia symbolica significativa *ῥετικῆ* est *συνδροξυλον*. Umbrae & typi ad V. T. sunt releganda, substantia N. T. propria est. vid. infr. §. 34. &c. Quin potius in hunc

hunc modum arguimus: Vetus Testamentum sanguine (bra-  
torum typico) substantialiter præsente fuit sancitum ex. 24.  
Testamentum novum sanguine (Christi antitypico) in cruce +  
substantialiter præsente confirmatum. ergò quoq; in Sa-  
cramento sanguine substantialiter præsente applicandum. Nec  
sufficit præsentiæ fidei, quæ ut res præsens sit, quæ aliàs abest,  
efficere non potest: Quæ etiam in V.T. locum habuit. At  
verò sanguis hic, est sanguis N.T. Matth. 26. 28. Imò seque-  
retur, si typicè tantùm præsens esset, typum V.T. longè fuisse  
evidentiorum typo N.T. umbram clariorem ipsâ luce & cor-  
pore. Major quippe analogia est inter sanguinem & sangvi-  
nem, quàm inter sanguinem & vinum. Absurdum? Quid e-  
nim quæso opus fuisset aboletè typum evidentissimum substi-  
tuto minus evidenti?

XXIIX.

FIDE SALVIFICA.

Receptaculum sanguinis Christi salutare *Fides* est. Quæ  
duo ut natura relatorum postulat, quovis puncto mathema-  
tico sunt conjunctiora. Neque enim sanguis Christi sine  
fide, nec fides sine sanguine Christi quicquam nobis profice-  
ret. Hinc Apostolus meritò quoque ea conjunxit Rom. 3. 25.  
*Per fidem in sanguine ipsius.* Nullus hic *operi operato* locus est.  
Non enim est eadem sanguinis hujus quæ medicamenti ratio,  
quod ex opere operato absque fide ægroti in medicum efficax  
est etiam in invito & furioso.

XXIX.

ORE CORPORIS.

Alterum perceptionis resp. nostri medium seu instru-  
mentum *Os corporis* est Matth. 26. 28. & alibi. *Bibite, inquit,*  
*Christus, hic est sanguis meus.* Uno igitur & eodem organo su-  
mitur & elementum & sanguis, quamvis non eodem modo.  
Illud immediatè naturaliter; hic mediatè mediante scil. exter-  
no symbolo, supernaturali & cœlesti planè modo. Illud  
*πρώτως* hic *δευτέρως*. Modus est diversissimus, at organum  
unum idemque. Diximus *Os corporis*: nam ore fidei etiam in

D 2

verbo

verbo extra Sacramentum percipitur, nec Sacramento quicquam opus est. *Os fidei* solorum est credentium: At verò dari debet medium quo etiam infideles & indigni sanguinis Christi participes reddantur. Quod non est fides, ob cuius carentiam meritò damnantur Ergo os corporis. Verba Christi non sunt conditionata: si credas hic est sanguis meus. Sed absoluta sine omni conditione hic est sanguis meus. Quasi dicat, perinde est, siue credas, siue non credas, siue dignus, siue indignus sis, sanguinem meum habes. XXX.

Loquimur de perceptione non salutari sed sacramentali. Nam priori modo *Os fidei* & os corporis & in ipsa praxi debent esse conjunctissima. Absit hic omnis *προφαιρία, ἀμαρτοσύνη* Capernaitica injuriosè nostris afficta, ad orcum potius damnata & relegata. Sanguis Christi *ore oraliter* (quâ voce non modus d. instrumentum exprimitur) in tremendo planè mysterio omnes naturales conditiones excludente, sacramentaliter non nisi, verè tamen & realiter à nobis bibitur. Non in typo tantum & signo sed *ἐν νοῦνῳ* præsentissimâ. Nota Calviniani cujusdam (*Ludov. Molin. in parænes. ad edific. In Imp.*) glossam: *presentia inquit Christi in cœna non est in vino sed in credente; uti lumen propriè non est in Scriptura sed in fidei.* Sed de his in artic. de cœnâ fusius nostrates: quo quidem hâc vice adversam partem volumus remissam. Nunc attributa quædam sanguini Christi propria ex Pandectis sacrar. Scripturar. deprompta nobis erunt expedienda.

XXXI.

#### SANGVIS SACRIFICIALIS.

Sacerdotium Christi Scriptura non uno in loco magnificè de prædicat: quod præsertim ex Epist. ad Ebræos, quæ de eorum utramque facit paginam, est manifestissimum. conf. Psalm. 110. At officium Sacerdotis duplex est. Primum satisfactione, per cruenta sc. sacrificia & oblationes peragitur. Alterum intercessione interpellatione, precibus pro populo, vi & virtute sacrificij peracti absolvitur. Utriusque officij partes non segniter implevit Christus, ipse Sacerdos simul & victima. Sacrificium quod obtulit, pretiosus ejus est sanguis ut victima ad expian.



expiandum peccata nostra in arâ crucis oblatus Deo in odo-  
rem bonæ fragrantia: qui eo ipso hoc Epitheton meruit, ut  
esset sanguis sacrificialis, victimalis, ἱλαστικός, λυτρωτικός, ὁ-  
κρείττονα λαλῶν ὡς τὸν Ἀβελ Ebr. 12. 24. c. 9. Ephes. 5. 2. In  
quo ipso fidelem se Pontificem præstitit Ebr. 2. 17.

XXXII.

Virtute hujus sanguinis tanquam sacrificij cruenti ἀπαξ  
id est, consummatè & perfectè præstiti non sine injuriâ reite-  
randi nunc apud Patrem efficaciter pro nobis interpellat,  
κρείττονα λαλῶν meliora, loquens quam Abel, i. e. Abelis san-  
guis Gen. 4. 10. Voce multum splendidiore, clariore, signifi-  
cantiore. Clamabat Abelis sanguis accusando; at Christi,  
interpellando. Ille vindictam postulavit, hic gra-  
tiam. Ille fratricidæ eadem petijt: Sanguis Domini  
vitam occisoribus impetravit (verba sunt Theophylacti) conf.  
Et Glass. in Christol. Mos. p. 169. Unde non abs re erit hæc pau-  
ca adscribere. Clamat adhuc & semper (Sanguis Christi) in Ec-  
clesia (qui clamor verbo Lutheri verè cælum & terram implet)  
per verbi cælestis de ipso præconium, per conscientiarum illius πα-  
τισμῶν in fide verâ factæ consolationem & tranquillationem. Cla-  
mat in S. cæna, quoties ea celebratur & communicantibus dici-  
tur: Ecce sanguinis pro te effusus in remissionem peccatorum. Cla-  
mat in ultimo agone, dum omnibus in fide Christi perseverantibus  
vitam promittit & certificat in eorum cordibus æternam Job. 5. 24.  
Clamat demum in ipso quoq; cælo per continuam pro nobis apud  
Patrem intercessionem virtute meriti & sanguinis ejus fusi nixam  
Rom. 8. 34. Ebr. 9. 24. Hugo in compend. Theol. l. 4. cap. 24.  
Christus optimus Advocatus, qui tot habet linguas pro nobis lo-  
quentes, quot pro nobis vulnera accepit. Addimus nos, quot pro-  
nobis effudit sanguinis pretiosi guttas. Hæc piè Glassias.

XXXIII.

Sanguis sacrificialis: Sacrificium εἰς ὄσμην ἰσωδίας in o-  
dorem svavitatis Deo Ephes. 5. 2. ריח הניח Gan. 8. 21. (ad  
quem locum vid. VValth. officin. bibl. p. 721. Fragrantissimum  
odorem fundens fœtorem peccatorum quô nasus Dei irritatur,  
tollens.

D 3

Cujus



- Cujus odor dulcis & plus quam balsama svaia
- Latificat q̄ pios sed & ipsos mundat iniquos

*Sacrificialis*, Sacrificio nunquam reiterando, reiteratione sc. representativâ, sacrificiali Ebr. 9. 24. Non vero fiduciali: quæ perpetua est conf. Ebr. 20. 2. seqq. Missa ergo Papistarum *μυσαια* est: Sacrificium incruentum, cerebri humani figmentum & Idolam Anti-Christi Cultoribus proprium.

XXXIV.

#### FOEDERALIS.

Sanguine foedera antiquitus fuisse sancina atq; confirmata, tam sacra quam profanae tabulae testantur. Mos est (inquit Lipsius ad Tacit, Annal. 12. Regibus quoties in societatem cocunt, implicare dextras pollicesq; inter se vincire nudosq; praestringere. Mox ubi in artus extremos sanguis se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atq; invicem lambunt. Foedus arcanum habetur quasi mutuo cruore sancitum. Eandem nostri cum Deo foederis initiis fuisse rationem docet scriptura. Ebr. 9. 22. Sine sanguinis effusione nulla est peccati remissio. Sanguinis intellige Christi, qui proinde epitheton hocce jure suo meruit, ut sit *דם הברית* Zach. 9. 11. Sanguis æterni pacti & foederis, quo mediante foedus inter Deum lapsosque homines fuit stabilitum.

XXXV.

Foedus hocce non simplex est & vulgare, sed testamentarium: cujus ad *ἀσφάλειαν* ipsius Testatoris sanguine *Ἰσφορω* opus erat Ebr. 9. 16. 17. 18. Testamenti autem non veteris Exod 24. 8. Ebr 9. 19. Sed novi Matth. 26. 28. Marc. 14. 24. Testamenti æterni ebr. 13. 20. id est nunquam revocandi vel irritandi amplius, sicuti cum V. T. factum est, sanguis inquam N. T. umbris & figuris V. T. è diametro oppositus. Antitypicus, substantialis, non umbraticè nec meritoriè tantum se habens ebr. 10. 1 Coloss. 2. 17. Si enim calix S. coenæ est tantum figura sanguinis Christi, vel eum tantum significat non verò est ipse essentialis sanguis N. T. proprius, nihil profectò sanguis Christi ab agni paschalis & sacrificiorum sanguine discrepabit. vid. Hutter. Christ. Concord. p. 591. Sanguis inquam foedera-

foederalis, non tantum ob foederis illius confirmationem & obfignationem (quod Photiniani facile concedent) sed etiam ob ejusdem gratiosi foederis pactionem & bonorum foederalium realem acquisitionem. conf. D. D. Feuerborn. Antioft. disp. 33. p. 536.

XXXVI.

Lubethic adscribere testimonium B Lutheri, quod extat tom. 3. Jenens. Germ. Fol. 87. B. wieder die Himlischen Propheten vom Sacrament: Hic est calix N. T. in meo sanguine: dieser Spruch ist heller den die Sonne und mächtiger denn der Donner. Erstlich das niemand leugnen kan / er rede von dem Kelch / weil er spricht / das ist der Kelch. Zum andern das er den Kelch des N. Testament nennet / das stößet mächtiglich. Denn es kan nicht sein das er durch und umb schlechtes Weines willen sollte ein N. Testament seyn. Lieber was ist N. Testament anders den vergebung der Sünden und ewiges Leben etc. Sol nun der Kelch ein N. Testament seyn / so mus etwas darin und an ihm sein / das so viel gelte / als das Neue Testament giebt. Ist das nicht Christi Blut / wie er spricht / in meinem Blut / so las sagen / was den sey. Et paulo post fol. 88. a Ihr müßet auch lassen bleiben / das er sey das N. Testament / nicht durch oder in seinem wesen / sondern durch und in dem Blut Christi. Das Blut / das Blut Christi machts / das dieser Kelch ein N. Testament sey. Welches mag nicht von dem sitzenden Blut Christi verstanden werden. Denn der Kelch kan nicht von dem Blut das N. Testament seyn / das nicht in ihm ist / das ihn auch nicht anrühret noch angehet. Sondern Kelch und Blut mus hie ein ding seyn / das werden Kelch hat oder nimpt / auch das Blut habe und nehme etc. O das wort. Neu Testament / wie zu schmettert es die Propheten und Geister in einen klumpen.

XXXVII.

Pulcherrima hic incidit sanguinis typici in V. T. cum sanguine antitypico in N. T. comparatio, usum in disputationibus contra Antagonistas habitura insignem. Sanguinis in V. T. consideratio duplex est. (1) consideratur, ut fuit signum, figura, seu umbra. (2) ut fuit medium ad fidem confirmandam ad salutem applicandam à Deo ordinatum. Priori quidem respectu *σικα* tantum fuit & figura futurorum, teste Apostolo, non habens *την εἰκόνα τῶν πραγμάτων* nec substantiam ipsam quæ est in N. T. Sanguinem ipsum Christi non condinebat sed præfigurabat. Ac posteriori respectu, respectu sc. gratiæ divinæ per & propter eum collatæ & quoad effectum non fuit nudum signum; sed efficacissimum omnino salutis medium. Differt tamen & sic à sanguine N. T. quia hic, (sanguis Christi) in & per se salutaris est, nec vim salvandi à fide accipit, sed fidei largitur, licet actu salutis participes non fiant, nisi qui credunt. At sanguis V. T. in & per se non fuit salutaris absque fide sanguinem Christi apprehendente sibiq; applicante vid. Ebr. 10. 2. 3. 4. seqq.

## NOSTRI SUCCEDANEUS.

*καταλλαγήν* sive substitutionem hanc Photiniani præfractè negant, pro nudà acceptatione, quâ acceptum referatur, quod reverà non est solutum, tanquam pro Helenâ quadam acerrimè pugnantibus. Quoties igitur sanguinem Christi pro nobis effusum esse Scriptura asserit Matth. 26. 28. Luc. 22. 20. toties præpositiones illas *ὑπὲρ ἡμῶν*, & similes non commutativè vel compensativè (loco & vice nostri an unsere Stât) sed tantum contrariè (causâ & gratiâ nostri unsere haben) exponendas esse contendunt. At verò præterquam quod famosior harum particularum significatio pro nobis directè faciat conf. dicta 1. Sam. 18. 33. Gen. 4. 25. c. 44. 33. Jud. 15. 2. 2. Sam. 10. 1. Matth. 2. 22. Luc. 11. 11. Rom. 12. 17. Ebr. 12. 2. & 16. Jacob. 4. 15. 1. Petr. 3. 9 &c. tota redemptionis nostræ per Christum factæ economia ipsaque fidei analogia *talem Vicariatum* postulant. Accedit

Accedit rigorosissima illa Juris Amœbæ ratio, quo salus nostra debuit constare ταυτοπαθια Græcis dicta, quâ omninò simile quid sustinet atque impendit sponsor, quod debebat reus impendere Neq; per justitiã divinam (quæ norma & regula perpetua est) fieri aliter poterat, quæ hanc surrogationem omninò requirebat sangvinem sanguine, mortem morte, adæquatâ proportionem expians. Vide sis jam auream illam juris exactissimi catenam à Max. Reverend. D.D. Danhaw præceptore meo honorand. representatam Hodosoph. phenomen. 8. p. 486. Cui addatur nubestestium sacrorum Psalm. 69. 5. Esa. 53. 4. 5. 6. seqq. Matth. 20. 28. Rom. 5. 6. 8. c. 3. 24. 25. c. 5. 1. 9. 17. 1. Petr. 2. 24. c. 1. 18. & 19. 1. Petr. 3. 18 2. Cor. 5. 21. Ebr. 2. 9. Galat. 3. 13. &c. Nec non ea quæ inferius §. 59. 7. in medium sunt allata. Quò expeditò ad Catholicismum sanguinis Christi qui non postremum in hâc nostrâ tract. locum sibi vendicat nunc progredimur.

XXXIX.

CATHOLICUS.

Sanguis Christi, sanguis est catholicus seu universalis. Universalitate i. subjectorum secundum intentionem Dei atque re ipsâ tam credentibus, quàm incredulis medicamentum universale præstans, nemine hominum excluso per absolutum decretum; Quo nomine Calvinianis dicam apertam scribimus, qui particularitatem defendunt. v. Zanch. in Misc. p. 290. *Sanguis Christi non est secundum propositum Dei & re ipsâ pro incredulis effusus, sed tantum pro quibusdam multis b.e. electis, & quidem pro omnibus istis multis, secutus Magistrum suum Calvinum, qui contra Heshus. sic scribit. Christi carnem pro impijs non esse crucifixam, nec sanguinem ejus pro expiandis eorum peccatis esse fusum* conf. Leideneses in Synops. purioris Theolog. disp. 29. §. 29. *Finis ò (inquiunt) redemptionis sunt soli electi.* Flosculos plures collegit Hutter. lib. Christ. concord. p. 187. seqq.

XL.

Contra (1) quàm latè patet mors, tam latè patet effusio sanguinis. Atqui illa ad omnes pertinet. Ergo vid. Esa. 53. 6.

E

Eramus

Eramus omnes sicut oves errantes: Dominus coniecit in eum  
iniquitates omnium nostrum 2. Cor. 5. 14. 15. Unus pro omni-  
bus mortuus est 1. Timoth. 2. 6. dedit semetipsum Ἀντιλυτρον  
pro omnibus conf. & dicta Rom. 5. 18. 1. Timoth. 4. 10. 1. Joh. 2. 2.  
probat(2) hic sanguis effusus est pro multis Matth. 26. 28.  
Qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. At vero  
electi non sunt multi, sed pauci Matth. 20. 16. Ergo ad solos  
electos restringi nequit. Dari autem ejusmodi multitudi-  
nem universalem, patet ex locis Dan. 12. 2. Rom. 5. 15. 11. 6.  
probat(3) quam late se extendit mandatum bibendi, tam late  
quoque extendet sese virtus hujus sanguinis. Atqui manda-  
tum hoc non tantum electos sed & reprobos concernit Ergo.  
Matth. 26. 28. Bibite ex hoc omnes etiam Judæ dictum est. pro-  
batur(4) Illi quoque per hunc sanguinem sunt redempti, qui  
abnegant Christum redemptorem 2. Petr. 2. 1. conf. 1. Petr. 1. 18.  
qui in peccatis moriuntur, qui pedibus calcant sacratissimum  
hunc sanguinem, per quem sanctificati sunt Ebr. 10. 29. Quo  
spectant loca Rom. 14. 15 1. Cor. 8. 11. Joh. 4. 42. 1. Joh. 4. 14. cum  
c. 5. 19. quod sit Salvator totius mundi, illius scil. mundi, qui  
ἐν πονηρῶ καίται.

XLII.

Sequitur (2) universalitas effectus vel objectorum. Pur-  
gat enim ab omni peccato 1. Joh. 1. 7. tam actuali quam originali,  
& quicquid rationem peccati habet. A malis tam culpe  
quam poenæ: quia omne execrabile Christus in se transfudit.  
Gal. 3. 13. Esa. 53. 4. 5. 6. Purgat ἀπὸ πάσης ανομίας ab omni  
iniquitate Tit. 2. 14. ne finali quidem impoenitentia excepta,  
quatenus illa adhuc in hac vita existit. Lege B. DD. Feuerbor.  
Tract. de peccat. in Spir. S. Christus (inquit ille) satisfecit pro  
omnibus & singulis hujus peccati essentialibus. Ergo. Assertio-  
nem suam probat dictis 2. Cor. 5. 14. Ebr. 2. 9. 1. Tim. 4. 10. 1. Joh.  
2. 2. 1. Petr. 1. 19. 2. Petr. 2. 1. 1. Joh. 1. 7. Tit. 2. 14. Ps. 130. 8. Matth.  
5. 17. Rom. 10. 4. c. 5. 20. Joh. 3. 16. & 9. c. 1. 29. c. 4. 42. August.  
Tract. 92. in Johann. Christi sanguis sic in remissionem peccatorum  
omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit delere quo fu-  
sus est.

XLII.

XLII.

Mundat sanguis Christi tam à culpâ quàm à poenâ, à poenâ tam temporali quàm æternâ. Nullus hîc propriis satisfactionibus locus relinquatur Ebr. 9. 14. *Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationum carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spir. S. semetipsum obtulit immaculatum Dei emundabit conscientiam vestram ab operibus mortis ad serviendum Deo viventi.* Conf. Apoc. 1. 5. 1. Petr. 1. 2. Dominium Sathanæ, ira Dei, mors, infernus &c. sunt poena peccati Rom. 6. 22. c. 5. 12. &c. Gen. 2. 17. Atqui ab illis etiam liberat hic sanguis Ebr. 2. 15. Hof. 13. 14. Sic Rom. 5. 9. *commendat Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: Multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum* conf. 1. Thes. 1. 10. Addimus regulam non uno in loco à nostratibus inculcatam: *beneficia sunt latissimæ interpretationis.* Nec nobis licet esse tam avaris, ubi divina bonitas *ὡς ἐργασίας εὐσσοῦσα* superabundans Rom. 5. 21. est liberalis. In fumum ergo abeunt satisfactiones Papistarum, castigationes *ἐξ ἰδελοῦ θεοσεκεία* merâ susceptæ, multæ pecuniariæ indulgentiæ &c. quibus expiationem poenarum temporalium magnò cum opprobrio sanguinis Christi supersticiosè tribuunt. At.

*Larga Dei bonitas veniam non dimidiabit*

*Aut nihil aut totum, te lacrimante dabit.*

De quibus ex professo vide tractantem B. Chemnit. in exam. concil. Trident. p. mihi 402. & seqq. conf. quoque Disputat. nostram §. 70.

XLIII.

Universalitas III. hujus sanguinis est universalitas temporis. Valet enim ante & retrò sine ullâ temporum differentia non tantùm in N. sed etiam in V. T. Quod ipsum postulat una ac eadem utrobique justificationis ratio monstrata ab Apostolo Act. 15. 11. *Credimus salvari per gratiam Domini nostri Jesu Christi quemadmodum & illi.* Rom. 3. 30. *Unus est Deus qui*  
E 2 *justifi-*

*justificat circumcissionem ex fide & preputium per fidem.* Est enim Christus agnus mactatus ab origine mundi apoc. 13. 8. est Sacerdos eternus Ebr. 9. 11. c. 13. 8. *Jesus Christus heri & hodie & in secula.* Fuit ergo sanguis Christi etiam in V. T. non quidem substantia: sed fide. At verò fides non facit omnia actu esse presentia Ebr. 1. 12. *Fides est rerum sperandarum substantia argumentum non apparentium.* Nisi Christum jam in V. T. fuisse incarnatum, carnem & sanguinem habuisse velis dicere: Quod est contra Galat. 4. 4. Unde consequens est. V. & N. Testamenti Sacramenta ipsa substantia esse distinctissima. Biberunt tamen sancti in V. T. Patris & fideles ipsum eundem sanguinem verà fide, sc. in promissione exhibitum, sacrificijs cruentis alijsque typis adumbratum 1. Cor. 10. 4. *omnes eundem potum Spiritualem biberunt* August. tom. 7. l. 2. de peccat. merito. & remiss. peccat. c. 34. *primi, inquit, illi homines merito creduntur per Domini sanguinem ab extremo supplicio liberati.* Et lib. 1. contra duas epist. Pelag. c. 21. *Quantæ libet fuisse virtutis antiquos justos prædices, non eos salvos fecit nisi fides Mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit.* Hoc vos non vultis inimici gratie Christi, ut eadem gratia Christi salvi credantur antiqui, sed distribuitis tempora secundum Pelagium, quasi hominibus duorum superiorum temporum ante legem sc. *& in lege sanguis Jesu Christi non fuerit necessarius, evacuantes quod dictum est: unus Deus est unus Mediator.* Polan. lib. 6. Syntagm. Th. c. 21. p. 415. ad locum Zach. 9. 11. *In sanguine Testamenti Christi etiam Judaiæ Babylone sunt liberati. Nam sanguis Christi omnium beneficiorum Dei in utroque Testamento causa est.*

XLIV.

ASPERSIONE MUNDANS.

Sanguinis sparsionem & aspersionem in sacrificijs Veterum frequentatam non uno in loco proponit Liber Levitici. Conf. Levit. 1. 5. c. 3. 2. c. 4. 5. c. 5. 9. c. 6. 30. c. 7. 12. c. 8. 15. c. 9. 9. c. 14. 14. c. 16. 12. c. 17. 6. & alibi Num. 18. 17. Exod. 24. 6. 2. Chronic. 29. 22. cujus sparsionis diversitates eruditè pertractat, Franz. Schol. *Sacrific. disp. 13. §. 55. & seqq.* Vel enim totus spargebatur in circuitu altaris s. in pariete altaris, quem ignis lambere solebat,



bat, ut ab eo comburatur, quod fiebat in holocaustis & pacificis item in sacrificijs pro delicto; *Vel* aliquid de eo inferebatur intra Sanctum Sanctorum & spargebatur versus sanctum sanctorum, aliquid verò reponeretur supra cornua parvi altaris thymiamatis quod est intra sanctum, reliquum omne exterius in atrium sacerdotum fundebatur ad fundum altaris stantis sub dio, ut itidem comburatur, quod fiebat in sacrificijs pro peccato Sacerdotis & pro peccato integræ societatis seu communionis. *Vel* pars ejus aliqua ponebatur ad cornua altaris holocausti, reliqua omnis pars fundebatur ad fundum altaris holocausti ad combustionem, ut in sacrificijs pro peccato Principis & privati. *Vel* aliquid de eo in Sanctum Sanctorum, aliquid verò in Sanctum inferebatur, reliquum omne ad fundum altaris holocausti dabatur ad combustionem, ut in sacrificijs pro peccatis Sacerdotum omnium & totius Ecclesiæ. *Vel* etiam aliquid spargebatur super aurem & pollices mundati, item super vestes, ut in mundatione leproforum & in investituris Sacerdotum. *Vel* dimidio sanguine populus aspergebatur, dimidium alterum fundebatur super altare, ut in percussione fœderis.

XLV.

Qui fundendi sanguinis sacrificialis ritus sine dubio fuerunt typus sanguinis Domini super altaria cordium nostrorum spargendi, ad beatam irrigationem animarum nostrarum perficiendam: præeunte nobis scriptura 1. Petr. 2. Electos nos esse κατὰ πρόγνωσιν Θεῶ πατρὸς ἐν ἀγιασμῶ πνεύματι ὁ εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματι Ἰησοῦ χριστοῦ in obedientiam & asperisionem sanguinis Jesu Christi. Et Ebr. 12. 24. accessistis ad mediatorem N. T. Jesum Ἐ αἵματι ῥαντισμῶ κρείττονα λαλῶντι παρά τὸν Ἀβελ ad asperisionem sanguinis melius loquentem (loquentis) quam Abel. Quod de eo quoque prædictum Es. 52. 15. *Ecce servus meus asperget gentes multas*: quo ῥαντισμῶ s. asperisione sanguinis Christi ( licet alij alias analogias hinc quærant ) nihil aliud significatur, quam actualis & salutaris sanctissimi hujus sanguinis beneficiorumque per eundem partorum in cordibus nostris per veram fi-



dem facta applicatio. De quâ eleganter differentem audire  
 juvat B. Lutherum nostrum Comment. in 1. Petr. 1. Tom. 8.  
 Jenens. Fol. 321. Besprennen aber heist predigen / das  
Christus habe sein Blut vergossen / und für uns trit zu  
seinem Vater und spricht. Lieber Vater da siehest du  
mein Blut / das ich für diesen Sünder vergossen habe.  
Gleibstu das so bistu besprenget. Significationes alias hu-  
 jus aspersionis sacrificialis e.g. de diversis locis, in quibus spar-  
 gebatur, sc. intra velum extra velum supra altare, ad fundum  
 altaris &c. quô indicatum fuerit Christum debuisse multis in  
 locis fundere sanguinem suum, proponit Franz. *disp. de sacrifi-*  
*cijis* 13. §. 96. Transeo nunc ad incorruptibilitatem sanguinis  
 Christi,

XLVI.

INCORRUPTIBILIS.

Privilegium hujus sanguinis speciale idque eximium  
 ἄφθασια s. incorruptibilitas est. Fundamenta assertionis  
 ponimus sequentia (1) ex loco 1. Petr. 1. 19; *Non corruptilibus*  
*auro & argento redempti estis, sed pretioso sanguine &c.* Unde  
 ἐκ τῆς ἐναντίας invictè concluditur. Ergo sanguis Christi  
 non est corruptibilis. (2) ex Ps. 16. 10. Act. 2. 27. *non dabis san-*  
*ctum tuum videre corruptionem.* Ubi natura totius & partium  
 omninò exigit, ipsi quoq; sanguini illam non corruptionem  
 adscribere. Quicquid enim toti tribuitur etiam ejus parti-  
 bus. Jam sanguis est pars hominis integralis ad corporis  
 aggregati (non solum adornatum, ut pluma avibus, squama  
 piscibus, pili animali annati) sed ad perfectionem & comple-  
 mentum faciens, quo absente homo esse nequit. vide sup. §. 1.  
 disp. nostræ. (3) ex Ebr. 9. 12. *Neg, per sanguinem hircorum d.*  
*per proprium sanguinem introvit semel in sanctum, aternâ re-*  
*demptione inventa.* Sanctum hocce seu sacrarium, in quod in-  
 tulisse sanguinem suum Christus dicitur, cœlum est, taberna-  
 culum illud ἀρχαγοποιου v. 11. 2. Cor. 5. 2. quod Christus post  
 gloriosam resurrectionem & exaltationem suam occupavit.  
 Si ergò tunc adhuc habuit sanguinem, meritò is communi  
 corru-

corruptibilitas forte erit eximendus (4) ex 1. Joh. 5.8. *Tres sunt qui testimonium dant in terrâ Spiritus, aqua, & sanguis.* Non entis nulla sunt accidentia. Si ergò non existit, quomodo testabitur hodie in terris? Si testis, quomodo mortuus? omnem enim Testem vivum esse necesse est.

XLVII.

Probamus II. ex rationibus (a) negatâ causâ tollitur effectus, sublato peccato sublata quoque erit hæc corruptibilitas tanquàm stipendium peccati: Est enim sanguis Christi sanguis sanctissimus, purissimus. Repetenda hic, quæ suprâ §. 15. 16. de *εὐχεσσία & ἀναμαρτησία* sanguinis Christi diximus. (b) quod Christus assumpsit, nunquam deposuit. Solveretur aliàs vinculum illud Unionis personalis *ἀχώρισον ἀδιαπρα- τον ἀδιαίρετον ἀδιάσπαστον*. Jam verò sanguis hic *Authori vitæ* arctissimè est unitus, tam arctè ut dicatur sanguis Dei proprius Act. 20. 28. Sanguis filij Dei Joh. 1. 7. tam proprius Deo personaliter, quàm sua Deitas propria est essentialiter. Unde *ἐξ ἀνάγκης* sequitur: Ergo corpus Christi glorificatum nullo modo est *ἀναίματον*. (c) qualis redemptio, tale redemptionis quoque est pretium. At illa est æterna Ebr. 9. 12. Quæ aliàs quæso esset proportio inter peccatum infinitè malum, & sanguinem pretium Redemptionis finitum ac corruptibile. (d) Sanguis Christi ad bibendum exhibetur in Sacramento Cœnæ, quandocumque illud fuit administratum, & adhuc administrabitur ad finem usque seculi. Ergo est incorruptibilis & adhuc existens (e) à corpore Christi *ὁμοσίω*: Corpus Christi glorificatum est *ὁμοσίω* corpori crucifixo. Ergo etiam habebit sanguinem, quem habuit corpus crucifixum, & per consequens sanguis ille non computruit. Addi possent argumenta longè plura, sed adversarios convincent; *dicta hæc sufficiunt, si quis bene noverit uti.*

XLIX.

Negativam hic partem tuentur (1) *Calviniani* secuti Magistrum Calvinum: qui putrefactionem seu corruptionem sanguini Christi adscribere haud verentur. Importunissimè Thom. Erast. Medicus Heidelberg. in fundamentis suæ declarationis

rationis p. 29. in hæc verba erumpit: *Sanguinem Christi pro peccatis nostris effusum in terra ante annos 150. computruisse nec amplius esse in rerum naturam.* Ex recentioribus corruptionem possibilem docet Rivetus in Comment. in Psalm. 16. p. 76. *Corpus Christi post mortem corruptionem sensisset, quantum ad causas inferiores, naturales attinet, si non fuissent prohibita, quia habuit causam intrinsecam resolutionis, nempe calorem & humorem.* Vide Schlusself. Theolog. Calvinist. lib. 1. pag. 84. item Fundam. deduct. Marpurg. p. 799. (2) Pontificij in diversas abeunt partes & tanquam Cadmæi fratres se invicem jugulant non unam hinc tenentes sententiam. Quidam consentiunt nobiscum ut Thomas: quidam dissentiunt ut Gregor de Valenz. Cum illo faciunt Monachi Franciscani: cum hoc Dominicani fratres (inter quos Romæ Anno 1463. præside Pio II. Pontifice in ipso festo Natalis Domini acerrima quondam habita fuit hæc de re disputatio). Alij distinguunt, ut Leonhard. Matth. Tract. mirab. de Sang. Christi in Trid. mort. effuso: In Christo fuisse sanguinem nutrimentalem qui ad veritatem humanæ naturæ non pertinet, & quem non oportuit ad corpus ejus in resurrectione redire. *Idem ibidem* proponit quæstionem: An sanguis Christi in trid. mortis effusus unitus fuerit Deitati? & concludit pro negativâ.

XLIX.

III. Photinianicum Schwenckfeldis: Christum post triduum mortis carere sanguine. Ostorodus in institut. Theolog. p. 376. *Ut cælestium honorum possimus esse participes, nostra corpora terrestria mutatum iri, quia caro nostra & sanguis utpote ex terrâ desumpta non possint regnum Dei possidere &c. unde pateat neq; ipsum Christum habere terrestre corpus i. e. carnem & sanguinem.* (citante D. D. Feurbornio in Antioist. disp. 35. Th. 29. & disp. 36. Th. seqq. (4) His accensendus Andreas Osiander scandalosus συγγραφεύς in Borussia Author, qui contra Morlinum inter alia hoc quoque argumento usus est: sanguis Christi computruit Ergo non est nostra redemptio. Scilicet! Ad objectiones Adversariorum ex superius adductis fundamentis & rationibus facilis est responsio, quibus si addatur una

una vel altera distinctio, res omnis erit in vado. Distinguendum nimirum inter mutationem substantialem & accidentalem, item inter transfigurationem glorificativam seu perfectivam & inter transfigurationem destructivam.

L.

Qui ex Pontificiorum numero nobis *ὁμολογητοὶ* sunt non iisdem tamen utuntur argumentis, nec finem habent eundem. Nihil enim agunt aliud, quam ut superstitionibus suis & cultui idololatratico *αἱματολατρίας* eò melius patrocinentur. Hinc vera falsis miscent, multa ex scriptis apocryphis hunc in finem congerentes. Hujus farinae est; quod adducunt ex *Niceph. l. 1. Eccles. hist. c. 30.* Sanguinem Christi ex latere profluentem à Maria Matre & Johanne honorificè vasculo fuisse exceptum. Alij fingunt pinguntque Angelos calice sanguinem Christi effluentem sollicitè excipientes. Alij *αἱμαθέρματα* lipsana & reliquias hujus sanguinis jactitant (quas Romæ Mantuæ, Venetijs Brugis Flandrorum alibi que terrarum ostendunt) quibus divinam planè virtutem, cultumque adorationis non sine sacrilegio tribuunt. Sunt & alia in Legendis eorum fabulosa multa, ac papaveris medicati ludibria. Sed quis feret omnia, quibus palpum obtrudunt nobisque imponunt Monachi; Illius cives regionis, in quâ caligo aura est, lex mentiri, impudentia murus. Nos verborum compendium facientes, quæ hæcenus prolixius dicta sunt, huic *πρὸς ματι* includimus. Sanguis Christi in arâ crucis pro nobis effusus non computruit, vel ad nihilum est redactus: Sed idem numero in venas Christi est reassumptus. Et licet in ipsâ effusione fuerit separatus à corpore, mansit tamen in hypostaticâ unione: ὅπερ ἰδεῖ δειξαι.

LI.

VIVIFICUS.

Restat adhuc vivificatio nobilissimum sanguinis Christi *αὐχημα*, jam olim in concilio Ephesino masculè contra Nestorium evicta & demonstrata. Est autem sanguis Christi vivificus non tantum quia ipse vitam in se habet & possidet: Sed

F

etiam.

etiam quia nobis potissimum vitæ causa fons atque origo est. Vitæ inquam non tam naturalis, quæ in unione animæ & corporis consistit & ad regnum potentiæ pertinet: sed præcipuè vitæ spiritualis in regno gratiæ & æternæ in regno gloriæ. Quia sc. est fons saliens in vitam æternam Joh. 4. 14. conf. Joh. 7. 38. Quia nos potat ad vitam æternam Joh. 6. 54. 55. 56. 57. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo.* Quia item reverà nos purgat ab operibus mortuis Ebr. 9. 14.

LII.

Hæc vis vivifica sanguini Christi competit non quidem formaliter, essentialiter, habitualiter, subjectivè, sub notionè principij formalis per se & secundum se seorsim in naturali suâ consideratione; Ut loquuntur scholæ. Interim tamen competit ei personaliter per communicationem *ὀργανικῶς* tanquàm organo *εὐχρηστῶ καὶ αὐτοκρατορικῶ* operanti & efficienti vitam, per quod in quo & cum quo divina natura hanc operationem exerceat. Sicut cibus, potus effectivè nutrit ad vitam: sicut ferrum ignitum ratione unionis & habet vim urendi & etiam urit. Non ergò per modum *ἐνεργείας* tantum concurrat ad efficientiam vitæ: sed etiam per modum effectus ipsam vitam operatur ac efficit. Terminis abstractivis hic absque offensione utimur, cum ipsam scripturam videamus neutiquam ab iisdem abhorrere. Unde in abstracto dici potest: Sanguis Christi est vivificus. In abstracto, non logico, extra unionem in naturali suâ consideratione, qualis abstractio non datur, sed theologico in unione cum *λόγῳ*: vel ut alij loquuntur, in abstracto non separationis sed præcisionis. (id quod ob disputationes Theologorum Prussiacorum Heshusij & Wigandi de abstracto & concreto omninò observandum.)

LIII.

## LIII.

Obstrepunt hic *Calviniani*: sanguinem<sup>n</sup> esse vivificum non nisi in personâ. h. e. esse vivificantis λόγος sanguinem. Aut, si clarissimis Scripturæ oraculis premantur & quasi ad incitas redigantur, illud de *merito*, non de *efficaciâ* intelligendum esse dicunt. Hinc multas comminiscuntur synecdochas & synecdocharum synecdochas. Sanguinem sumi inquit pro merito vel obedientiâ in sanguine præstitâ. Sadeel de veritat. Hum. nat. Christi pag. 203. *Sanguis Jesu Christi Filij DEI emundat nos à peccato; Hæc inquit, intelligenda sunt de ipso Christo purgante nos à peccato per sanguinem suum i. e. merito mortis sue. Sanguis Christi purgat. i. e. Christus suo sanguine purgat.* Alij passivè illud non activè volunt intellectum h. m. sanguini communicatam esse vivificationem sc. ut vivificet. *vid. Mart. contra Menz.* Nihilo his meliores sunt moderni Novatores, quorum sententia est: vivificationem sanguini Christi competere secundum denominationem extrinsecam: Omnia ad hypostasim referentes, eo sc. modo quò paries dicitur visus in relatione ad extra. Unde non aliam hîc virtutem agnoscunt, quam quæ fuit baculi Mosaici in efficiendis divinis miraculis, h. e. merè organicam, instrumentalem, nihil cooperantem, otiosam & ἀεργον.

## LIV.

Nos divinarum scripturarum veritate moti, cum libris nostris symbolicis & Theologis γνησίως Lutheranis in diversas secedimus partes. Ad *Φλυαρίας* autem adversariorum retundendas notamus sequentia. (1) in merito non excludi sanguinem, sed omninò comprehendi, utpote quæ duo in scripturis arctissimè jungantur. *vid. Rom. 3. 25. c. 5. 9. Col. 1. 20. Ephes. 1. 7. 1. Petr. 1. 19. Ebr. 9. 22. & alibi. conf. lector dicta & expende.* (2) Quod est causa causæ est etiam Causa Causati: at verò ut meritum Christi reverà esset tale, ἀματεκχυσία requirebatur, nec sine illa poterat perfici. *vid. supra §. 2. Item Ebr. 9. 22.* Unde non simpliciter Christus redemptor dicitur, sed **ἸΝΙ** Redemptor sanguineus **Ein Blut**  
**Er** **Rächer**

Nācher / qui sanguinem nostrum proprio redimere sanguine  
 debebat. (3) Sanguis Christi causa meritoria vitæ esse nequit,  
 nisi vim merendi infinitam sibi habeat communicatam.  
 Nudus enim sanguis humanus nullis divinis ἀξίωσι ornatus  
 non est par præstando infinito merito Pl. 49. 8. 9. *Neg<sup>3</sup> enim*  
*• Oceanus, neg<sup>3</sup> omnia fluentia nec maria fluvij<sup>3</sup> perpetui ac fon-*  
*• tes universaq<sup>3</sup> ὁμβροτόκῳ Φύσις imbripara natura in unum*  
*• congressa peccata delere potest.* Epiphani. Hæres. 4. contra He-  
 merobaptist. (4) Finis ḡ incarnationis est redimere genus hu-  
 manum συγγενεῖ καὶ καταλλήλω βοηθήματι ut pia antiquitas  
 loquitur, cognato & mutuo remedio. Unde Ecclesia in hy-  
 mno canere solet: *Beatus Author seculi, servile corpus induit,*  
*ut carnem carne liberans, non perderet quos condidit.* Jam ve-  
 rò finis hic est omninò frustraneus, nisi etiam sanguini ipsi  
 virtutem aliquam divinam concesseris. Sequerentur enim  
 hæc absurda (a) Etiam λόγον ἄσαρκον & ἀνάματον redimere  
 nos potuisse (b) Redemptionem nostram soli divinitati Chri-  
 sti cum *Osiandro* adscribendam esse. conf. nunc Ebr. 2. 14. unde  
 invictè concluditur: quia λόγῳ ἰδεὸ carnem & sanguinem  
 assumpsit, ut à Diaboli mortisque servitute nos liberaret: Ergò  
 caro & sanguis in illo negotio omninò aliquid præstite-  
 runt.

LV.

Notetur (5) Joh. 9. 6. & seqq. describi miraculum sanationis in  
 cæco peractæ, cui Christus spūto oculis illito visum divinâ  
 planè virtute restituisse dicitur. Quæritur h. l. An sputum  
Christi ad sanationem aliquid contulerit. An verò tantum  
 modo fuerit symbolum externum seu signum medelæ? Poste-  
 rius quidem nonnullis placet vid. *Abulens. ad Matth. 9.* *Hugo*  
*Grotius. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 22.* sed præferenda est cum  
 orthodoxis Patribus prior sententia. Ex quorum numero  
*Cyrillus: Caro, inquit, Christi est vivifica, adeò, ut vel ipsum sputum*  
*nobis vitam adferre possit.* Unde infertur à minori ad majus: Si  
 id præstitit sputum, quid præstabit sanguis pars hominis in-  
 tegralis, thesaurus vitæ, vehiculum animæ? Notetur (4)

Sanguis



Sanguis Christi in arâ crucis ad remissionem peccatorum acquirendam effusus, in S. cœnâ bibitur ad eandem remissionem applicandam atque obsignandam. Qui si nulla virtute vivifica est præditus, Sacramentum erit nuce cassâ vilis, & epulum non nisi Heliogabalæum. Quotò sanctius de hoc sanguine Poeta ille Christianus Paulinus canit:

- *In cruce fixa caro, quâ pascor de cruce sanguis*
- *Ille fluit, vitam quo bibo, corda lavo.*

LVI.

Ex abundantia hic adscribimus verba Form. concord. in declarat. p. 776. quæ huic nostræ sententiæ plane est ὁμολογη-  
ϕ. *Sanguis Christi Filij DEI emundat nos ab omni peccato. Id non tam de merito sanguinis Christi in cruce semel perfecto accipiendum est: Sed Johannes eo loco de eâ re agit quod in negotio justificationis non tantum divina natura in Christo, verum etiam ipsius sanguis per modum efficacie nos ab omni peccato emundet.* Hactenus piè Concordia. Stat itaque invicta conclusio nostra: Sanguis Christi est sanguis vivificus, quia vivificantis omnia VERBI sanguis proprius, cum quo personaliter unitus, & qui se ipsum totum ei communicat, ut in vitæ & salutis nostræ negotio perficiendo esset cooperatus. Idque non tantum resp. acquisitionis & meriti: sed resp. applicationis quoque & efficacie. Quicumque ergo hoc negat, solvit unionem, & est Nestorianus. O igitur verè μέγα καὶ εὐβόητον αἷμα τοῦ Θεοῦ verè magnum & undiquaque celebrandum sanguinem Dei! exclamamus meritò cum Nazianzeno orat. ad pascha.

LVII.

De triduo mortis movetur quæstio (uti videtur) curiosa magis quam utilis. An nimirum durante eo sanguis Christi fuerit vivificus, & An ij, qui triduo mortis Christi communicassent, bibissent sanguinem vivificum? sed Respondetur simpliciter. Fuit sanguis hominis verè mortui nequaquam tamen mortuus, sed verè vivificus. Resp. 2. distinguend. Unionis modos. Ra-

F 3

tione

tione unionis naturalis fuit sanguis mortuus, at nequaquam  
ratione unionis personalis, quæ etiam in puncto mortis man-  
lit ἀδιαίρετ & indissolubilis corpore & animâ Christi loca-  
liter quidem divulsis, attamen in ipsâ ἀδιαίρετ & impartibili  
filij Dei hypostasi indistanter & arctissimè unitis. Non enim  
facta est hæc unio & immanentia hypostatica inter animam  
& corpus, sed inter τὸν λόγον & humanam naturam animâ &  
corpore constantem. Malo tamèn verbis Præceptorum me-  
orum honoratiss. proprijs hîc loqui. Quos inter D. D. Dan-  
haw. Hodosoph. phænomen. 10. p. 788. Sic scribit. Si quis  
triduo mortis carnem Christi communicasset, manducasset car-  
nem Christi naturaliter mortuam: personaliter ac sacramentaliter  
vivificam. Si Johannes sanguinem è latere Crucifixi proma-  
nantem, ore hausisset utique sanguinem vivificum, hau-  
sisset. Beat. D. D. Feuerborn. Hospes quondam, plus  
quàm paternâ fide addictissimus τὸ ἐπέχειν modestè hic præ-  
fert, cujus verba in σκιαγραφία p. 329. sic habent: De triduo mor-  
tis nihil definimus. Est enim extremus ille exinanitionis gradus,  
mysterium ἀκατάληπτον. Si igitur Filius Dei illam animam &  
corporis δυνάμειν sibi verè appropriavit, non dicendus est sanguis  
acturaliter in morte fuisse vivificus. Et p. 332. Credamus piè ve-  
ram mortem Jesu Christi Filij Dei & Mariae Virginis, & humili-  
ter agnoscamus hic esse mysterium incomprehensibile & inenarra-  
bile, nullatenus tollentes individua personæ Jesu Christi unitatem,  
indivisibilitatem & infinitatem: sed simplicitati, verborum Scri-  
pturæ S. piè inherentes. Multa namq; reservanda sunt Academiæ  
cælesti, quæ pervestigari in hæc vita non possunt.

LIIIX.

UNICUM PRO PECCATIS NOSTRIS λύτρεν  
 ET ἀντίλυτρεν &c.

Hactenus ἀνχημάτῃ ὑπεροχῆς, ἀξιώσεως prærogati-  
 vas nobilissimæ hujus κειμηλίου vidimus. Restat nunc, ut de  
 ejus fine, effectu, usu & fructu quoad paucis dispiciamus.  
Fines autem sunt varij, qui vel sunt principales vel subordina-  
ti, primarij vel secundarij. In quibus exaggerandis Scriptu-  
ra S. nimium quantum est operosa, supraque modum fœcun-  
 da. Re.

da. Recensebimus non nullos ex tabulis sacris. Quos deinde in summam atque ad certa capita contrahemus. Sunt autem sequentes. *Ἀπολύτρωσις*, quæ est interveniente certo aliquo pretio facta redemptio, à *λύτρω* pretio redemptionis, quod pro redimendo captivo datur. Vocis vim exponit *Magnif. D. D. Calov. Socinism. profl. p. 393. seqq.* Huc pertinent loca 1. Petr. 19. Rom. 3. 24. Ephes. 1. 7. Ebr. 9. 12. *Πειραισμός*: Acquisitio, tutatio, conservatio, assertio, vindicatio, correspondens Ebræo. *יְרִיבָה* item *יְרִיבָה* quæ est ex jure hæreditatis & consanguinitatis Ruth. 4. Utitur hæc voce Apostolus Act. 20. 28. vid. Ephes. 1. 14. *ἔξαγορασμός* Emptio, redemptio, non simplex, sed interventu pretij facta, respectum includens ad servitutem & captivitatem, unde facta fit liberatio conf. Apoc. 5. 10. 1. Cor. 6. 19. c. 7. 23. *ὑποκατάλλαξις* Reconciliatio, dissidentium Conciliatio, quâ odium & Inimicitia antiquatur, pristina verò gratia & benevolentia in integrum restituitur: *Redintegratio*, quâ damno resarcito per commutationem ex conventionem mutuâ fit restitutio in integrum: vid. *Lexicograph.* Extat de sanguine Christi Coloss. 1. 20. *εἰρηνοποίησις*. pacificatio, quâ pax facta inimicitia & hostilitate composita ac sublata indigitatur Coloss. 1. 20. *Ἰλασμός*: propitiatio, expiatio, non nuda & mera clementia, sed quæ placamen vel supponit vel infert. Expiare enim est luere sive solvendo debitam pœnam sive quod pœnæ debitæ in locum succedit, & respondet Ebræo *כַּפֵּר* vid. Rom. 3. 24. *Ἄφεσις ἁμαρτιῶν* remissio peccatorum & debiti præstandi, quoad culpam & pœnam Matth. 26. 28. Ephes. 1. 7. *καθαρισμός* mundatio, purificatio 1. Joh. 1. 7. Ebr. 9. 14. Coloss. 1. 14. sanguis Christi mundat conscientiam nostram ab operibus mortuis. i. e. à reatu & pœnâ, pœnæque timore liberat: Interprete ipso *Socino lib. 2. de Servatore Christo c. 15.* Quæ mundatio consistit non in retractione à peccatis sed in liberatione potius à pœna peccatorum: Nec ad futura, sed ad præterita peccata respectum habet Rom. 3. 24. *Ἀπολυσία* Ablutio Apoc. 1. 5. ut aqua sordes corporis abstergit, utpote cui vis illa inest. *Δικαίωσις* Justificatio Rom. 5. 9. 10. *ἁγίασ-*

ἀγιασμός sanctificatio Ephes. 5. 26. Ebr. 9. 13. cap. 10. 29. cap. 13.  
12. Νίκησις seu victoria & triumphus de Sathanâ & inferno A-  
poc. 12. 11.

LIX.

Hi sunt præcipui sanguinis Christi effusi fines hinc inde  
in Scripturâ S. magnificè satis deprædicati. Quos quidem in  
thesi nostra ad tria potissimum capita convenientissimè redu-  
ximus. Nimirum ad SATISFACTIONEM JUSTIFICATI-  
ONEM ET SANCTIFICATIONEM.

*Satisfactio* Cor & Palladium Ecclesiæ nostræ, funda-  
mentum fidei Christianæ, quò subrutò totum evacuatur  
Christi meritum & salus nostra æterna periclitatur, non uno  
in loco sanguini Christi ῥήμας atque disertis verbis adscribi-  
tur. Ad quam classem pertinent. I. *Loca* quæ testantur effu-  
sionem sanguinis factam esse ad remissionem peccatorum no-  
strorum acquirendam eorumque mundationem Matth. 26. 28.  
*Hic est sanguis meus N.T. qui pro multis effundetur in remissionem*  
*peccatorum Ephes. 1. 7. in quo (Christo) habemus redemptionem*  
*per sanguinem ejus, Remissionem videlicet peccatorum Ebr. 9. 13.*  
*14. si sanguis hircorum & taurorum inquinatos sanctificat ad*  
*emundationem carnis: Quantomagis sanguis Christi, qui per*  
*Spiritum S semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit*  
*conscientiam vestram ab operibus mortuis ad serviendum Deo vi-*  
*venti conf. 1. Joh. 1. 7.*

II. *Loca*, quibus sanguis Christi *Causa salutis nostræ*  
*meritoria* insignitur Es 53. 5. *Vulneratus dicitur propter & pro*  
*peccatis nostris Ebr. 9. 12. nec per sanguinem hircorum, sed per*  
*proprium sanguinem semel introivit in sancta æternâ redempti-*  
*one inventa Rom. 3. 24. quem (Christum) proposuit Deus propitiato-*  
*rium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ propter re-*  
*missionem præcedentium delictorum.*

III. *Loca*, in quibus *redemptio nostri à Christo facta*  
*sanguini ejus tribuitur 1. Petr. 1. 18. Scientes quod non corru-*  
*ptilibus auro & argento redempti estis de vanâ vestrà conver-*  
*satione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni im-*  
*macula-*

maculati Christi &c. Apoc. 5. 9. *Dignus es accipere librum &c. quoniam occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu &c. Coloss. 1. 14. in quo habemus redemptionem di' & alpa- r & per sanguinem ejus.*

IV. *Loca*, quæ reconciliationem nostram cum Deo sanguini Christi vendicant Coloss. 1. 20. *Et per eum reconciliare omnia, in ipso pacificans per sanguinem crucis ejus Ephes. 2. 16. ut reconciliet ambos per crucem in uno corpore conf. 2. Cor. 5. 18. Rom. 5. 10.*

V. *Loca*, quæ impossibilitatem docent remissionis peccatorum absque sanguine. Ebr. 9. 22. *Sine sanguinis effusione nulla est peccati remissio.* Huc spectat tota Sacrificiorum Leviticorum theatralis pompa: quæ absque effusione sanguinis peragi nec debebat nec poterat.

VI. *Loca*, in quibus surrogatio seu Vicariatus sanguinis Christi disertis verbis exprimitur. Matth. 26. 28. *hic est sanguis meus N. T. qui PRO MULTIS effunditur. Luc. 22. 20. Qui pro vobis fundetur Es. 53. 4. Vulneratus est PROPTER peccata nostra vid. supra §. 38.*

VII. *Loca* V. T. quæ etiam sanguini typico hæc omnia, quæ diximus convenire testantur Levit. 17. 11. *Anima carnis est in sanguine, & ego dedi eum vobis super altare ad expiandum super animas vestras &c.*

#### LX.

Ad quorum Oraculorum & totius controversiæ dilucidationem sequentes subnectere visum est cautelas.

*Cautela prima.* Effusio sanguinis Christi facta non est ob nudam remissionis peccatorum declarationem & confirmationem, ita ut mundatio nostra per sanguinem Christi fiat non nisi per modum signi, ostendendo, quod nos Deus ab omnibus nostris peccatis emundaverit: sed per modum redemptionis propriè dictæ, per modum soluti pretij, per modum factæ reconciliationis, ita ut ipsa remissio apud Deum impetraretur atque vi ipsius sanguinis justitiæ divinæ satisfaceret. Probamus (a) quia ita purgat, ut comprehen-

G

dat

dat simul λύτρον & ἀντίλυτρον ἱλασμόν καὶ ἀλλαγὴν &c.  
vid. supra. (b) quia actus secundus necessariò præsupponit a-  
ctum primum, & operatio omninò prærequirit virtutem (c)  
quia sic confunderentur fines subordinati minus principales  
cum fine primario. Ut nos de certitudine remissionis con-  
firmet &c. finis est secundarius. At ut in cruce fusus pro  
peccatis nostris satisfaciatur eorumque abolitionem im-  
petret, finis est primarius. Quæ non sunt confundenda, sed  
subordinanda.

LXI.

*Cautela secunda:* Mundatio à peccatis, quæ fit sanguine  
Christi non est nuda præservatio à futuris peccatis sed præ-  
teritorum peccatorum vera, realis, actualis ablutio. *Vel sic:*  
Sanguis Christi dicitur nos à peccatis mundare non ideò, quia  
nos faciat à peccatis desistere interrumpendo cursum pecca-  
torum: sed quia remissionem peccatorum præteritorum apud  
Deum impetret, poenam peccatis debitam exsolvendo & vir-  
tute suâ justitiæ divinæ pro peccatis satisfaciendo. Prioris  
absurditas hinc elucescit, quia hæc ratione etiam minister Ec-  
clesiæ item pius quisque Christianus, quando se. & quatenus  
facit, ut à peccatis desistamus, dici posset nos à peccatis nostris  
purgare Deoque redimere.

LXII.

*Cautela tertia:* Sanguinis pretium & ἰκανότης non de-  
pendet ab innocentia personæ vel ab acceptatione divinâ,  
quia scil. cum sensu iræ divinæ illa αἱματευχυσία est peracta  
(sic enim etiam aliorum ψυλανθρώπων sanguis posset effundi  
cum sensu iræ divinæ, nec tamen redimere nos à peccatis di-  
cendus esset) sed dependet unice à λόγῳ cui hypostaticè unī-  
tus est Act. 20. 28. 1. Joh. 1. 7.

*Cautela quarta.* Obligatione tenebamur duplici: primâ  
ad reatum poenæ. *Secunda* ad servitutem peccati. At Christi  
sanguis tale est pretium, quo liberamur ab utraque obliga-  
tione. Neque hic ut contraria sunt accipienda, quæ reipsa sunt  
ἑσάλληλα. vid. de Catholicismo sang. Christi supr. §. 29. & seqq.  
*Cautela*

*Cautela quinta*: Sanguis sacrificialis V. T. ἰλαστικὸν seu virtutem expiandi habuit, quia ex voluntate Dei anima pecoris data fuit pro anima peccatoris, & sanguis pecoris pro sanguine peccatoris, vel loco & vice ejus: ita ut anima pecoris pateretur loco animæ peccatoris & sanguis pecoris effunderetur loco sanguinis peccatoris, atque sic satisfaceret non quidem vi propriâ, sed virtute Antitypi, cujus anima pro animâ nostrâ & sanguis pro sanguine nostro datus est Levit. 17. 11. c. 16. 21. vid. nunc sis lector. *Schol. Sacrif. Franz. disp. 15. th. 100. & seqq. D. Feurborn. Antioctod. disp. 33. pag. 536. Magnif. D. D. Calovij Socinism. profl. sect. 3. de satisf. Christi Albert. Grawer. de satisfact. Christi p. 146. vid. etiam disp. nostram supra §. 34.*

LXIII.

Classicum hîc canit infaustus ille *Socinus* cum tota Neo-Arrianorum seu Photinianorum exitiali turbâ satisfactionem omnem præfractè negans. *Socinus part. 2. de servat. c. 2. Sanguinem Christi esse tantum incitamentum aliquod, quò persuaderi possimus Deum serîò sine interventu ullius pretij nos velle liberare. Cui adstipulatur Ostorodus in Institut. Theolog. Sanguis Christi mundat nos à peccato; non id velle, quasi in sanguine Christi sit quæpiam occulta vis seu virtus purgandi nostra peccata: sed quod sanguis Christi ejus rei causa sit, sine quâ à peccatis non mundemur. Cateches. Racov. p. 227. satisfactionem Christi vocat dogma fallax, erroneum & admodum perniciosum. Sed discussio horum aliorumque pestilentissimæ hereseos errorum aliunde petenda est. Ex supra citatis scripturæ dictis additisque cautelis veritas nostræ assertionis ad oculum patebit. Deveniendum nunc in Thesew's nostræ diexodo ad effectum primarium alterum sanguinis Christi: qui est JUSTIFICATIO.*

LXIV.

*Causæ justificationem nostram ingredientibus sunt, Gratiâ Dei, meritum Christi, Fides. De primâ & ultimâ non est nunc dicendi locus, secunda, h. e. Meritum Christi, quod est causa impulsiva, quæ Deum movet, tum ut velit omnes justificare*

ficare, irā adversum eos depositā, tum ut actu ipso justificee credentes duabus potissimum absolvitur partibus; *Legis scil. perfecta impletione, & reatus contracti seu pœnarum deuitarum exsolutione.* In scholis dicitur obedientia activa & passiva. Illa necessaria fuit, ut per meritum ejus consequamur præmium vitæ æternæ. Hæc, ut impunitatem consequeremur; & cruentā Salvatoris passione, sanguinisque *Savar Qógy* effusione absolvitur: quam etiam præsens nostra sibi vindicat. Tractatio. Quod autem justificemur, h. e. ab intento crimine absolvamur, & justii reputemur sanguine & per sanguinem Christi aperte docet Scriptura S. Roman. 5. 9. 10. *Multò igitur magis nūc justificati in sanguine ipsius* ( *כִּי* Zach. 9. 11. *כִּי* auxilij causam meritoria connotante, vid. suprā §. 2. ) *salvi erimus ab ira per ipsum.* Gemina sunt omnia illa dicta, quæ in causa remissionis peccatorum sanguinis Christi mentionem faciunt. 1. Joh. 1. 7. Ebr. 9. 14. Coloss. 1. 14. Ephs. 1. 7. Matth. 26. 28. &c.

#### LXV.

Hæc justificatio per sanguinem Christi facta duplici modo eliditur ab Adversarijs: vel intensivè vel extensivè considerata. Intensivam considerationem sanguinis Christi vocamus hanc, quando de æstimatione & valore ejus, quem habeat in relatione ad Deum sine respectu ad homines disquiritur: An sit proxima causa justificationis an remota? An valeat ex pacto seu conventionem, an verò ex merito absolutè & intrinsecè. Extensivam ducimus, cum de subjectis justificandis queritur: an se. meritum sanguinis Christi ita sit comparatum, ut vel ex defectu proprio, vel ex intentione Dei non nisi ad paucos vis & facultas ejus sit restringenda!

#### LXVI.

Quod primum attinet, sententia Calvini & Calvinianorum hæc est. Meritum Christi non nisi ex pacto meritum esse, non verò absolutè. Calvin. lib. 2. Inst. cap. 18. §. 1. *Si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet judicio Dei,*

non



non fore meriti locum, quia non reperiretur in homine dignitas, qua posset Deum promereri. Cum quibus omnino tibi hic inflant scholastici. Summa verborum huc redit: Meritum Christi non esse nisi nominatenus. Meritum ( quia nec de se ipso nec de Deo Patre quicquam potuit mereri, nulla enim Patris in filium & contra sunt merita ) Totum igitur ad pactum Dei eternum esse referendum, dicendumque non ex merito, sed ex pacto salutem nobis sanguine Christi esse partam. Sed sic (1) sanguis etiam nudi & meri hominis id prestare potuisset, nec sanguine Deo φέρω sanguine filij Dei, sanguine Dei proprio opus fuisset. (2) Sanguis Christi h. m. non esset amplius λύτρον & ἀντίλυτρον, & ἰσοδύναμον seu æquivalens Redemptionis pretium. (3) Caderet argumentatio Apostoli Rom. 5. 15. concludentis ex loco oppositorum à peccato Adami ad meritum Christi. Si peccatum Adæ condignè & ex suâ naturâ meruit damnationem, utique (vi oppositorum) etiam Christi meritum absolutè & condignè merebitur redemptionem. conf. *Magnif. D.D. Meisner exam. Catech. Palatin. disp. 14.*

#### LXVII.

Extensiva virtus sanguinis Christi jam supra in Catholismo §. 39. & seqq. est ventilata. Notamus unicè & ex superabundanti distinctionem illam Calvinisticam *sufficientiæ* & *efficientiæ* quâ hic utuntur, dudum esse ab ipsismet Adversariis improbatam atque explosam: non attento, quod in synod. Dordrac. publicâ autoritate fuerit confirmata. Calvinus ipse 1. Joh. 2. 2. illam tanquàm in utilem rejicit. Ludov. Molina: parænes: ad ædificatores imperij in imperio contra Dallæum inter alia sic scribit. *Sufficientia illa est nomen sine re nisi intentio adsit, ut prosit e. g. si viri patrimonium sufficiens est ad ditandas plures familias, frustra omnes familiae quicquam de illo vendicant cum totum uni tantum destinatur ex intentione Patris familias.*

## LXIX.

Sanguis Christi alio atque alio respectu, & causa meritoria est nostre justificationis & causa efficiens. Illud resp. DEI Patris dum effecit, ut ille hanc solutionem rati-haberet hoc respectu justitiæ ipsius, quam acquisivit nobisque applicat. Operatur enim sanguis Christi prius in ordine ad Deum pro nobis, quam in nobis ut ad Deum elevemur. Et prius sustulit iram ap. Deum, quam ad nos mundatio perveniret peccatorum. *Uno verbo*; justificatio præsupponit satisfactionem. Præcedit acquisitio, sequitur eam applicatio.

## LXIX.

Bona opera sanguine Christi tincta (ut Romanenses loqui solent) ab articulo justificationis merito sunt excludenda, & ad sequentem de sanctificatione & renovatione, quæ finis sanguinis Christi secundarius est, referenda. Est enim justificatio una & simplex non gemina, sanguini Christi in solidum asserenda. Id quod probatur. Non enim simpliciter *λύτρωσις* sed *διπλή τρωσις* Romanor. 3, 24. de eo in scripturis prædicatur nullo certè alio fine, quam ad denotandam rei plenitudinem & perfectionem. Quò ipsò Pontificiorum *ἡμιλύτρωσις* & semiplena redemptio penitus evertitur *ultròque* ruit, quod uno alias ore crepant; sanguinem Christi ita esse causam meritoriam sc. ut nos ipsi deinde possimus mereri.

## LXX.

Multò ergò minus sanguis Martyrum aut lac beatæ Virginis Mariæ in societatem meriti cum sanguine Christi adoptari poterunt. Quæ execrabilis Pontificiorum idolomania est *ἀγροφία*, blasphemum in Deum sanguini Redemptoris unici vel maximè derogans. Cujus abominandæ *αιματολατρίας* plena sunt omnia Papistarum Marialia, Missalia Rationalia Rosaria, Antiphonalia, Breviaria, Antidotaria, Bullaria, Confessionalia, Martyrologia Ritualia, Regulæ ordinum &c. Ità Antidotarium animæ orantibus in hæc verba præit: fol. 7.

Τη δ

Tu o rosea martyrum turba, offer pro me nunc & in hora mortis  
merita fidelitatum, constantia & pretiosi sanguinis cum immacu-  
lata ignisanguine. Haymo in Ps. 115. Martyres suo sanguine emun-  
dant a peccatis. Unde de suo Dominico impudenter jactitant,  
quod nimirum trinam suam disciplinam, quam usque ad sanguinis  
effusionem corpus quotidie afflixit, omnino pro omnium  
culpīs satisfecerit.

LXXI.

Cedro (scilicet!) digna & ad seram posteritatem cum  
aeterno Papicolarum eorumque idololatriæ opprobrio fide-  
lissimam traditionem transmittenda sunt, quæ Clarus Bonarscius  
(aliàs Carolus Scribanus) Jesuita Antverp. in Amphitheatr.  
honor. l. 3. c. 8. fol. 356. orbi Christiano in schemate hoc poetico  
reliquit, omnino hic legenda. Sic autem in orationis fervore  
constitutus, incertus, utrum Mariæ an Christi mediationem  
eligere debeat seipsum tandem alloquitur:

*Hæreo lac inter meditando interq; cruorem*

*Inter delicias uberis & lateris.*

*Et dico (si forte oculos super ubera tendo)*

*Divæ parens mammae gaudia posco tuæ.*

*Sed dico (si deinde oculos in vulnera verto)*

*O Jesu lateris gaudia malo tui.*

*Rem scio: prensabo, si fas erit, ubera dextræ*

*Levæ prensabo vulnera si dabitur.*

*Lac matris miscere volo cum sanguine nati.*

*Non possum antidoto nobiliore frui.*

O Coelum non sudas! o terra non contremiscis! exclama-  
mus merito cum D. D. Walthero in offic. bibl. hæc ipsa recitante:  
Sed has blasphemias recitasse est refutasse.

LXXII.

Plura ejusmodi alia in contumeliam sanguinis Christi im-  
piè excogitata inveniet lector in libris Pontificiorum. E.g. Quæ  
de aqua Iustrali superstitiosè prædicant.

*Cor mundat acediam fugat, venalia tollit*

*Auget opem removetq; hostem phantasmata pellit.*

Hujus

Hujus notæ amuletum illud Cardani sistendo sanguini (Sci-  
licet!) accommodatissimum, recenset *Wolffius. lect. memorabil.*  
Tom. 2. p. 483.

*Te per eum sanguis, quo perfidus occidit anguis*  
*Et sanguis cujus mundi pretium fuit hujus*  
*Adjuro cessa, vena vel nare repressa &c.*

Quò, quid quæso dici posset in sanguinem Christi contumelio-  
sius? sed nolumus hanc Camarinam ulterius movere. Su-  
perest adhuc effectus sanguinis Christi secundarius sanctifica-  
tio seu renovatio nequaquam nobis prætermittendus quò expe-  
dito tractationem nostram concludemus.

LXXIII.

Omniū optima ratio est, tales disputationes Theologi-  
cas referre ad certum & verum pietatis usum praxinque Christi-  
anismi. Quod ipsum si ullibi obtinet, obtinebit vel maximè in  
hâc nostrâ de sanguine Christi tractatione. Est autem contem-  
platio hæc practica vel legalis vel evangelica. Legaliter conside-  
ratus sanguis Christi ingentem incutit hominibus peccatorum  
suorum horrorem & terrorem, ut eorum seriò expendant gra-  
vitatem, atrocitatem, vilitatem, magnitudinem, infinitatem, &c.  
cogitent de pretij dignitate sufficientia, infinitate &c. quæ cu-  
rando huic tam desperato malo par fuerit: ut rubore hujus pre-  
tiosæ purpuræ, rubore suffundantur peccatorum. Sanguis  
hircinus calidus emollit adamantem, sanguis turturis Epilep-  
sian pellit; nulla sanè adversus omnia peccata certior medicina  
est quàm sanguis Christi. Corda namque hominum infracta &  
quovis adamante duriora emollit ut in rivos diffluant la-  
crymarum. Audit quasi homo peccator Christum voce legis cla-  
mantem:

*Si pro te proprium peccator fundo cruorem*

*Te saltem lacrymas fundere ne pigeat*

*Verbo:* Sanguis Christi h. m. consideratus est præco legis fulmi-  
nans, peccata arguens, immundos nos esse pronuncians, iram  
Dei denuncians, damnans.

LXXIV.

## LXXIV.

At Evangelicè spectatus dulcissimam animabus nostris præbet refrigerationem, sordes abstergit, æstum libidinis extingvit, distractionem vulnerum congregat, πικρότητα lenit, ad spiritualem pugnam ferociores & fortiores reddit, vitâ spirituali donat &c. Sanguine mororum Elephanti incendebantur ad pugnam: Sanguine Christi animantur credentes adversus peccata, Sathanam & mortem portasq; infernales omnes. Milites sanguines J. Christi (ordo est militaris institutus non ita pridem à Paulo V. Pontifice) pro insigni gestabant duos Angelos à collo pendentes, subvehentes tres sanguinis guttas, addito symbolo: *Nihil isto triste recepto.* Insigne nobilitatis nostræ sanguinis filij Dei est, non à collo pendens, sed in scrinio pectoris per veram fidem asservatus. Symbolum militiæ nostræ non est: *Virtute decet non sanguine niti: Sed contra Non virtute decet, decet at nos sanguine niti:* In sanguine animalis vita est Levit. 17. 11. Vita nostra roburque spirituale est in sanguine Christi. Sanguis agni paschalis in limine ædium securitatem præstabat Israelitis, Angelumque arcebat Vastatorem Exod. 22. 7. Sanguine Dominico tincti Diabolo & Dæmonibus cunctis sunt formidabiles: Horret enim Sathan labia Christianorum sanguine Christi aspersa, quæ pulcherrima Divi Chrysostomi est contemplatio. Audiamus quoque Augustinum de Contemplatione Christi virtutes sanguinis Christi elegantissimè edifferentem. *Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi & sanabor. Cum me premit caro, recordatione vulnerum Domini mei resurgo. Cum Diabolus mibi parat insidias, fugio ad vulnera Dei mei & recedit à me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione filij Dei Domini mei extinguitur. Ita ut in omnibus adversitatibus meis non inveniam tam efficax remedium quàm vulnera Christi; in his dormio securus & requiesco intrepidus.*

## LXXV.

Patet ex dictis ad oculum, quæ & qualis in articulo de bonis operibus Ecclesiarum nostrarum γνησίως Lutheranarum sit doctrina. Scilicet hâc de prædicatione sanguinis Christi

H

Christi

Christi studium bonorum operum auditoribus nostris minime extenuari: sed potius omni ex parte commendari. Non tradunt Ecclesiae nostrae talem justificationem, qualem olim Basilides Alexandrinus, Aetius & alij; liberam omnium scelerum libidinem atque licentiam permittentes, ingeminantes subinde Epicureas illas voces: Fac quod lubet, modo credas in sanguinem Christi, nihil tibi nocet, fides omnia peccata delet. Horrendam hanc contumeliam sanguinis Christi cane pejus ac angue detestamur, & ad orcum usque damnamus dicimusque aeterno suo cum exitio pedibus conculcare sanguinem Christi, qui ore quidem crepant, vitam autem traducunt profanissimam. Non enim ille effusus est, ut peccemus sed ut a peccatis potius liberemur. Quò ipso argumento à sanguine christi petito scriptura frequentissime utitur ad studium bonorum operum in nobis excitandum. Vide sis lector ex locis infinitis haec pauca & expende. Ebr. 9. 14. dicitur *sanguis Christi emundare conscientias nostras ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi.* Ergò non debemus operibus mortuis h. e. peccatis denuò inquinari Sathanæque mancipia fieri. Rom. 3. 23. *Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae suae propter remissionem praecedentium peccatorum.* Non dicit, futurorum, ne fibulam laxare improbitati atque indulgentiam delictorum committendorum concedere videretur. 1. Joh. 1. 7. *Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem & Sanguis Jesu Christi Filij Dei emundat nos ab omni peccato.* Arctissime conjungit studium sanctitatis & justitiam Christi per fidem amputatam, quæ certè cum studio injustè agendi operibusque tenebrarum nullatenus consistere potest. Si quis igitur in sanguine Christi ita confidit, ut propriam impuritatem non doleat, sed persistat in patrandis operibus carnis, is sanguine Christi exitialiter abutitur, consul. quoque *Job. Feri expositio in h. l. satis bona.* His addi possunt loca Tit. 2. 11. 14. 2. Cor. 5. 15. Ephes. 5. 28. 1. Petr. 2. 21. 16. Rom. 6. 3. seqq. Galat. 5. 13. Unde concluditur: Sanguis Christi non est operculum carnalis libidinis sed

sed prophylacticum, ὀρυθητέρον ut sanctè & piè vivamus. Neque est privilegium turpitudinis, sed obligatio ad sanctimoniam quo & per quem admonemur, imò juvamus in carne nostrâ mortificanda.

LXXVI.

Possent hic adduci argumenta longè plura à sanguine Christi petita, quibus ad studium B. O. excitari solent auditores nostri. e.g. ἁλύτρω *præstito*: si ἁλύτρω est persolutum, Ergò non debemus novum æs alienum contrahere, item *ab absurdo*: si propter abusum dicere non licet, nos sanguine Christi salvari; pari ratione dicere quis posset, nos etiam misericordiâ Dei non salvari, utpote quâ similiter homines ad malitiam suam strenuè abutuntur vid. Rom. 2. 4. Sed ne nimîâ verborum protestatione causam nostram suspectam faciamus, hic acquiescimus: Ubi prius, quæ Megalandri nostri B. Lutheri hac de re fuerit sententia, audiverimus: Sic autem ille in comment. 1. Petr. I. qui extat Tom. 2. Jenens. p. 320. B. denn das wäre die größte schmach und lästerung des Nahmens Christi / wenn wir die Ehre dem Blut Christi nicht wolten thun / das es uns die Sünde abwasche / oder gleuben / das uns das Blut heilig mache. Drum mustu gleuben und bekennen / das du heilig seyst / aber durch dieses Blut / nicht durch deine frömmigkeit ꝛ. & tom. 8. Jenens. pag. 28. B. Gute Werke gebeut unser HERR GOTT die soll man auch thun / und were recht und gut das man nur immer gute Werke wirckete. Aber vergebung der Sünden dadurch zu verdienen können wir nicht / wir sind zuschwach und unrein mit Sünden überladen ꝛ. Denn Sünde auffzuheben und abzuwaschen / da gehört allein das Blut Christi zu / das thut es / wäschet von Sünden ab: Daran soll ich gläuben. Quibus secundum omnia & singula calculus nostrum apponimus.

H 2

LXXVII.

Age nunc infausta Socini proles, calumniare audacter  
& Ecclesijs nostris hanc maculam asperge, quod nimirum  
doctrinâ suâ occasionem præbeant sceleri impietati, desidia  
& ut verba *Catech. Racov. habent p. 264.* Credet hoc ipsum  
qui volet. Nos certè mendacijs vestris, quibus suo tempo-  
re justo iudici gravem reddetis rationem, fidem neutiquam  
habebimus. Si enim accusasse sufficit, quis innocens erit?

Coronidis loco Elogia Sangvinis Christi S. Patribus ob-  
via in unam quasi saturam hanc conijcimus: unde quam pię  
& dulces fuerint istorum virorum de hoc argumento medita-  
tiones, cuius legenti est obvium. Nec *D. Bernharo* hic quis-  
quam superior est aut facundior. Hinc illi tituli: *Amuletum*  
*peccati, Clavis Cæli, Dos sponsæ, fluvius paradysi, medicina ani-*  
*mæ, balsamus vulnerum nostrorum, vinum nostræ latitiæ, oleum*  
*sanitatis, semen filiorum Dei, gaudium Angelorum, terricula-*  
*mentum Sathane &c.* quibus sangvinem Christi nobis com-  
mendatum reddunt.

*Atq; hac de sanguine Christi pro ratione temporis atq; insti-*  
*tuti nostri dicta nunc sufficiant.*

SIT SANGVIS EJUS SUPER NOS  
ET SUPER FILIOS NOSTROS.



153 044

ULB Halle 3  
003 484 998




5b

AB 153044

VD 17







AUSPICE CHRISTO !  
THEOLOGICA

# VINE STI

*Academia*

DE

*Excelsentissimo*

## MEISNERO,

rofesf, Publ.

edr. Præposito

m devenerando

roponit

## DERSCHOVV

andidat.

ARDI, Anno 1662,